

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Societas Leonum, Vulgò Die Löwen-Gesellschaft

Tann, Christoph Friedrich von


Giessae, 1713


VD18 14767295-ddd

urn:nbn:de:bsz:31-95009



XII C. 23





40
SOCIETAS
LEONVM,

Vulgò

Die Löwen-Gesellschaft/

Quæ circa finem Seculi XV. in Bavariâ innotuit,

Dirigente

DN. IMMANUELE
WEBERO,

JUR. ET HISTOR. P.P.

IN ALMA LUDOVICIANA

D. Januarii A. MDCCXIII. 1713

PUBLICÆ VENTILATIONI EXPONETUR

à

CHRISTOPH. FRIDERICO,
L.B. de TANN.

GIESSÆ,
TYPIS MULKÉRIANIS.

REVERENDISSIMO ET CEL-
SISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO,

DOMINO

ADALBERTO,
ABBATI FULDENSI,
S. R. I. PRINCIPI, AUGUSTÆ
IMPERATRICIS ARCHICAN-
CELLARIO, PER GERMANIAM
GALLIAMQUE PRIMATI, ET
RELIQUA,

DOMINO SUO CLE-
MENTISSIMO,

EO, QUO DECET, DEVOTI ANIMI CULTU,
HOC FIDEI SUÆ MONUMENTUM
OFFERT

CHRISTOPHORUS FRIDERICUS,
L. B. de TANN.

*REVERENDISSIME AC
CELSISSIME PRINCEPS,
DOMINE CLEMEN-
TISSIME,*

Tndorum veterum Philoso-
phorum mos erat ac consuetu-
do, ut vertente anno Regium aggrede-
rentur Solium, ibique rationes redde-
rent eorum, quæ annò elapsò egerint,
quæve addidicerint. Hunc morem,
**REVERENDISSIME PRIN-
CEPS,** ego imitaturus, dum anno ve-
teri finem imponimus, novumque in-
choamus, **TE** supplex accedo, rationes
primitiasque simul studiorum meo-
meo.

rum humilime offerens. Munusculum
 quidem est non pretiosum, ast devotis-
 simi mei animi vestigal, quod TIBI
 solvo, dum propensissimæ TVÆ in
 me voluntatis grate recordor. Tanta
 enim TVA, CLEMENTIS-
 SIME PRINCEPS, in veneran-
 dum Patrem & me sunt merita, tanta
 beneficia, ut nulla verborum vi, nulla
 pietate possint declarari. Quo tamen
 aliquod, quale quale illud etiam sit, gra-
 tissimi mei animi testarer ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ,
 hoc publicum monumentum TIBI
 sacrum esse volui, tanquam certissi-
 mum devotionis signum, quæ in me
 tanta est, ut, si vel nulla TVÆ in me
 propensionis adessent vestigia, jubar

X 3

tamen

tamen TVÆ dignitatis, divina TVA
 virtus, ac singularis prorsus prudentia
 me devincirent ad TE subjecte colen-
 dum. Summa enim Clementia, qua
 subjectos regis, iisque & pacem & tran-
 quillitatem concedis, me omnesque bo-
 nos in admirationem rapit. Dum enim
 bellorum undique circumstupens for-
 mido universum fere orbem concutit,
 Buchonia, TE Regiminis clavum te-
 nente, incomparabili fruitur pacis & se-
 curitatis thesauro, atque nullo effuso
 sanguine, nullo vicinorum vel damno
 vel incommodo, nullisque oppresso-
 rum lacrymis majora in dies capit incre-
 menta. Ac dum plerorumque Princi-
 pum opes in æra convertuntur militaria,
 TVA,

TVA, CELSISSIME PRIN-
 CEPS, sapientia & Dei templum &
 sacras TVAS ædes magno impendio,
 sed majori adhuc animo, splendide ex-
 struxit, ut nullis videantur concessuræ,
 quas unquam Beatorum Principum
 opulentia felicissimis temporibus con-
 didit. Hinc non subjecti tantum sed
 & exteri, ad quorum aures virtutis
 TVÆ fama pervenit, TIBI vitam
 apprecantur perennem, TEque omni
 felicitatum genere jubent esse abundan-
 tem. Quid? quod & de suis annis TIBI
 secula accedere precantur, quorum piis
 votis & ego mea ardentissima addo.
 Servet TE Deus, PRINCIPVM
 DECVS, incolumem, ut diu inter-
 fis

sis rebus humanis, Buchoniae eorumque
 omnium bono, qui virtuti operantur.
 Sis felix! sis faustus! ut TIBI subjecti
 has calendas Januarii quam saepissime
 sub TVIS auspiciis laeto animo cele-
 brare queant. Haec mea vota sunt, quae
 nullo non tempore pro TVA salute
 nuncupo. Vale, PRINCEPS
 OPTIME. Giessæ IV. Non. Januar.
 CIO IO CCXIII.

Q. D. B. V.



Q. D. B. V.
PROOEMIUM.



*O*Mni jure meritò damnata & inuisa habetur Leonina illa Societas, quâ unus lucrum solus, solus alter damnatum sentit, uti describitur l. 29. §. ult. ff. pro Socio. quam ideò & iniquissimum Societatis genus appellat Ulpianus. ibid. Nos, missâ hac factâ, de aliâ societate quæ simile nomen, sed in causa planè dissimili adeptâ est, in præsens cogitabimus. Orta ea fuit in Bavaria, circa finem seculi quinti & decimi, quo per socordiam Imperatoris Friderici III. in Imperio nostro omnia sursum deorsum versa, jusque non in legibus & sententiis, sed in armis positum fuisse notissimum est. Dignum judicavimus hoc argumentum, cui operam aliquam impenderemus, dum in Cathedra publica Studiorum aliquod specimen exhibere, de eoque cum viris doctis differere jubemur. Sterilis enim ferè istius ævi historia est, & societa-

A

tis

his;us Leonina non nisi parca apud Scriptores occurrit
 mentio, quare non in gratum fore Lectori putavimus, si
 de eâ quid commentari, & simul lucem aliquam tempo-
 rum illorum conditioni accendere conaremur. Ansam
 dedit Codex MSCtus Actorum publicorum, hac in cau-
 sa coram Commissione Casarea Ulmæ A. MCCCC-
 XCII. ventilatorum, à Dn. Preside nobiscum commu-
 nicatus, qui eundem debet liberalitati Nobilissimi Dn.
 Gothofredi Thomafii, Polyhistoris atque Archi-atri
 apud Noribergenses celeberrimi, id quod animi grati te-
 stificandi ergò hic reticendum non erat. Ut autem ordi-
 ne procedamus, lubet totam tractationem tribus Capi-
 tibus includere, ita, ut eorum primò corruptum Im-
 perii statum, qui istis temporibus, dum hæc & similes
 societates obtinuerunt, expendamus; secundò, in gene-
 re de Societatibus ejusmodi seditiosis, in quas Nobiles
 præcipuè coierunt, agamus; ac tandem tertiò, in spe-
 cie Leonina nostræ Societatis ortum, progressum atque
 exitum prolixius exponamus. Faxit Deus
 feliciter!

CAPUT

CAPUT PRIMUM,

Quo corruptus Imperii nostri status illorum temporum, ubi Societates, Leonina & confimiles obtinuerunt, expenditur.

C O N S P E C T U S.

- | | |
|--|---|
| <p>§. I. De corrupto & funesto Imperii nostri, qualis seculo XV. & precedente fuit, statu in genere.</p> <p>§. II. In specie malorum istorum cause expenduntur; quarum una fuit novi juris in Germaniam introductio, & justitiæ perversa administratio.</p> <p>§. III. Alteram præbuerunt ipsorum Imperatorum, etiam qui Fridericum III. antecesserunt, mores atque facta. Id quod distinctè spectatur in Regimine Caroli IV.</p> <p>§. IV. Nec non Wenceslai.</p> <p>§. V. Friderici, Ducis Brunsvicensis, nefaria occisio multorum in Imperii tumultuum causa extitit.</p> <p>§. VI. Ruperti Palatini infelicia partim fata, partim mores illius</p> | <p>existimationem apud Germanos non parum imminuerunt, undè superiorum temporum mala aucta.</p> <p>§. VII. Jodocus simulacrum potius Imperatoris, quam verus Imperator brevissimo regiminis sui tempore nihil medelarum morbis pene desperatis adhibere potuit.</p> <p>§. IIX. Sigismundo non voluntas, sed animositas defuit, & cum Ecclesiam magis quam Politiam curaret, latius in Imperio mala serpsere.</p> <p>§. IX. De Alberto II. conceptam spem regiminis brevitatis interceptit.</p> <p>§. X. Friderici III. socordia effecit, ut inolita mala altiores ubique radices egerint.</p> |
|--|---|

§. I.

Hospitem ac planè rudem in Historia patria esse oportet, qui, quàm misera ac funesta superioribus seculis, quintò maximè post decimum, Imperii nostri fuerit facies, ignorat. Non dicam nunc de procellis, quibus jactata fuit Ecclesiæ navicula, non de barbarie, quæ extinctò penè bonarum

rum literarum studio, in scholis regnavit. De his aliisque nunc non dicam; sed de Justitiæ exilio, & quæ illius sequelæ erant, periculosis, partim etiam pravis sodalitatibus, confœderationibus, turbis, factionibus, diffidationibus, cædibus, rapinis, devastationibus, quibus Germania nostra ita conquassata fuit, ut animam agere privata pariter atque publica salus videretur. Omne jus in armis positum; legum atque justæ nulla ferè cura, nulla ratio, & judiciorum nullus vel locus vel usus. Licet enim cum patriis jam tum & ante innotescere cœperint Romanæ leges, uti videre est apud Conringium, *de Origine Jur. German. c. XXXII. p. 194. seq.* licet etiam juxtà cum *Constitutione* Friderici II. de *Pace Civili*, & *Auræ bullâ* Caroli IV. Fridericus III. aliquot *Sanctionibus* hisce malis mederi tentaverit; effecere tamen corruptissimi temporum istorum mores, ut publicæ rei per hæc omnia parùm aut nihil fuerit consultum. Unicum erat, quod universalem in Imperii Cives jurisdictionem affectabat potius, quàm habebat, *Rotbrveilense Judicium*, à Conrado III. institutum; sed, dum & ipsi huic jus vile fuit, & corruptionibus quàm maximè patuit, non indè poterat desperatæ suæ causæ idoneum aliquod remedium expectare afflictissima nostra Germania.

§. II.

Causas tantorum malorum si inquisiverimus, reperientur sanè non unæ. Et in his quidem refero primam, licet præcipua fortè non sit, *mutationem Juris & Judiciorum*, quæ tum temporis in Germania, Germanis utique ringentibus, accidit. Ubi hi fuerant patriis suis juribus, tum consuetudinariis, tum in scripturam redactis. Hæc ubi in casibus obvenientibus non sufficiebant, uti sufficere nequaquam poterant, subsidium petebant ab æquo & bono, id quod istò rerum nostrarum statu, quò negotia civilia ad exactas ejusmodi formas & formulas, quales deinceps cœpere, nondum composita, fatis erat. Neque

que enim mirari decet, indita per naturam rectæ rationis dictamina in populo multos admodum numeros explevisse, qui Contractus & Testamenta, ut post receptum Jus Romanum habent, potissimam quippe litigiorum materiam, quin & ipsas litigandi regulas deinceps introductas ignoravit. Hodiè longè aliter in hisce rebus sentiendum statuendumque est, ex quo ad adcurationis istius, quâ jam Jurisprudencia nostra constat, *de univ* ea adscendit, ubi certè cum rectâ ratione insanire oporteat eum, qui solò naturalis justigladiò Gordios perplexarum causarum nodos dissolvi posse sibi persuaserit. Germanis igitur adhuc dum simplicitati adfuetis invisâ ea initiò novorum intricatorumque, ut ipsis quidem videbantur, Jurium receptio, idque eò magis, quod jam offensi erant plurimi Pontificum Decretalibus, & introductò per ambages in judiciis procedendi modò, quibus tandem effectum, ut tribunalia ferè defugerent, & manu potius, quam Judicis sententiâ jus sibi adsertum irent. Conf. Conring. *l. c. c. XXXVI. maximè circa fin.* Accedebat & illud, quod, qui tum temporis in foro causas vel agebant vel dijudicabant, Romani & Pontificii juris periti, omnia commodò suo metirentur, justitiam venalem haberent, & lites studiosè protraherent. Testatur id inter alia Friderici III. Reformatio, in Comitii Moguntinensibus edita, A. MCCCCXXI. ubi Articulo V. dispositum: *Das alle Doctores derer Rechten in H. R. R. Teutscher Nation sollen num sührobas hin nit mehr in des Reichs Râth / noch anderer weldlichen Fürsten / Grafen / Herrn Stete oder Communen Rath gezogen oder gebraucht werden / als Bersiker oder Râthe. Et Articulo VII. die Keyserliche weldliche Rechte / so bisher in Röm. Reich Teutscher Nation gebraucht und dafür gehalten seindt / sollen alle todte und abseyn / allein die / so durch die Rechtverständigen mit lautern Grundt und klahrer Warhendt ohne Argelist Rechtlich erkant sindt / sollen gehalten und bestetigt werden / damit der*

Arm so vil Freyheit und Zugangs habe in Rechten / als der Reich / und ob er schon ein Fürst were. *Causa sub movendorum ab omni consilio & iudicio Doctorum ibidem addita reperiuntur, & hæc sunt: Weil sie keinen Schlüssel zum Rechte finden / bis beyde Theile arm werden / oder gar verdorben sind. Item, weil sie Stieff-Väter / und nicht die rechten Erben des Reichens sind. Dann sie ihm den Grund der Wahrheit nehmen / und durch ihren unordentlichen Geitz das Recht zu einen solchen Unglauben bringen / daß kein fromm Man sein Vertrauen darin mer setzen mag. Additur: Das hatt ener verkehrte Lehre inner funffzig Jahren zuwege bracht; wo ist es vor erhöredt worden? ap. Goldastum, Reichs-Sagung, p. 1. p. 167. 171. seq. Conf. Conring. l. c. c. XXXII. p. 199. seqq. qui quidem rectè monet, in eam sententiam dubio procul itum non aliâ de causâ, quàm quod illi Doctorum ordini permisti quidam rabula, pessimis fori Pontificii moribus, utpote cui debeat quicquid est rabularii negotii, tranquillitatem Germaniæ turbaverint.*

§. III.

Aliam causam præbuerunt mores & fata ipsorum Imperatorum; & quidem non Friderici III. solum, sed & aliquot præcedentium, dum vel pravis artibus Imperium adquisivere, vel negligentius administravere, vel nullâ suâ culpâ aliqui à causis extrinsecus adventantibus rem in melius mutare impediti fuerunt.

CAROLUS IV. ut indè ordiar, averfis, quibus corona destinata fuerat, se melioribus, viâ sanè non regiâ Imperium ingressus est. Fridericum, Misniæ Marchionem, & Hassiæ Landgravium donariis delinivit. Güntherum, Schvartzburgi Comitem, optimum & bellicosissimum Principem legitime electum, cum armis non par esset, venenis è medio sustu-

sustulit. (*) Stabilitatem sibi per connubia quaesivit; Imperii bona dissipavit, (**) & quod pessimum, degeneri filio successionem

(*) Dum legitime electi hujus GUNTHERI Schwartzburgici historia, cum Actis & documentis necessariis, brevi lucem visura est, hac occasione tantum cordati ejus responsi, quod Electoribus dedit, copiam faciemus, unde satis apparet, non temere hanc dignitatem eum affectasse, & si fata sivissent, Rectorem Imperii futurum fuisse providum, strenuum atque indefessum, qualem in omnibus suis negotiis antea se gesserat, iisque nominibus maximam sibi famam apud omnes adquisiverat. Wie hochnothig ißiger Zeit nach den unverhofften Fall unsers gnädigsten Kayfers seel. wiederumb ein verständig Haupt seye/ und aber ich/ wie ganz geringfügig ich zu einen so hohen Ampt mich befinde/ nach Nothdurfft und genugsam betrachtet/ habe ich von Herzen gewünschet/ und Gott den höchsten Regenten/ in dessen Weisheit/ Vorsehung und längst beschlossenen Willen diese hohe Sache allein stehet/ zum fleißigsten angerufen/ selber hierinnen/ was den heiligen Römischen Reich am nützlichsten/ zu verordnen/ und solchen seinen Willen Ewren Fürstlichen Gnaden zu offenbahren/ und deren Heiken dahin zu richten/ eintrechtiglichen also zu wehlen und zu Kiesen/ daß es seinen allein weisen Willen gemess/ auch den heiligen Reich nützlich seye/ und daß es Ewr. Fürstlichen Gnaden wannner gereuen möge. Nu aber ie auff mich so hart getrungen wird/ und keine Vorwendung noch Entschuldigung nicht helfen kan/ ich auch nicht etwan dafür gehalten werde/ als ob ich Göttlicher Vorsehung widerstreben wolte; So resolvire ich mich endlich dahin/ und bin entschlossen/ wosern die Churfürsten femptlich zu Franckfurt offentlich und ordentlich erkennen und decerniren/ daß ißiger Zeit kein gewisser Kayser sey/ sondern das Römische Reich vacire/ und verlediget sey/ und darneben demoustriren/ daß Carolus per generalem sententiam repudiiret, verworffen/ oder doch nicht von denen meisten und Principal Theil eligirt sey/ und dann der mehrere Theil der Churfürsten/ die solche Macht haben/ mich ohne einige Simonen zu diesen Stande erwehlen und beruffen werden/ solche Wahl in Gottes Nahmen/ denselbigen ewigen und unsterblichen Herrn zu gehorsamen/ gemeinen Reiche Teutscher Nation zu Dienst/ Nutz und Wohlfahrt/ und dem Churfürsten zugefallen anzunehmen/ und dabey Ehr und Gut/ Leib und Leben aufzusetzen. Refert hæc ex Archivo Schwartzburg in Chron. Schwartzburgico avertot. Paul. Jovius, in Vita Güntheri, Imperatoris Rom. p. V. c. 1. 3.

tionem ambitu & coëmtis Electorum suffragiis comparavit. Quibus factis & aliis similibus Casare oppidò indignis in summum contemptum adductuseâ auctoritate, quâ ad reprimendos turbulentorum motus opus erat, omninò excidit, & dummodo suis in hac re posset lucris, parum habuit, omnia in Germania sursum verti atque deorsum. (***)

(**) Carolus, tametsi sagax, & rerum benè intelligens, parum tamen profuerat rebus Imperii; certè non fuerat meritis nomen Augusti, cum de ejus magnitudine haud pauca detrivisset. Eum Crantzius nominat Imperii vitricum, Theodoricus Niemiſius Imperii dissipatorem. Maximilianus Imperator de eo dixisse fertur, illo pestilentiore pestem nunquam aliàs Germaniæ contigisse. Adlzreiter, *Annal. Boj. p. II. L. 6. p. 109.*

(***) Quàm corruptus hujus Imperatoris ætate Germaniæ status fuerit, vel sola, si alia deficerent testimonia, edocere potest Aurea Bulla, *Cap. XV.* ubi *conspiraciones, conventicula, colligationes*, tanquam frequentissimæ, prohibentur. *Cap. XVI.* obex ponitur pravæ consuetudini, quâ *Principum aliorumque subditi jugum originaria subjectionis abjicere querentes, imò ausu temerario contemnentes in aliorum civitatum cives se recipi procurarunt*, dicti communiter *Pfalburgeri*; de quâ voce præ cæteris videatur in peculiari Tractatu Jac. Wencker, edit. Argentor. 1698. Ac tandem *Cap. XVII.* *diffidationum* licentiam quodammodo restringit Carolus, melius utique facturus & suo officio convenientius, si profus & severissimè easdem prohibuisset, uti à Maximiliano I. tandem in Comitiiis Wormatiensibus factum infra docerimus. Graviter in detestandum illum morem invehitur Nicol. Cusanus. *L. III. de Concord. Cathol. c. 31. Error*, inquiens, *maximus & manifestus, per quem Deus offenditur, pax publica & omnis status perturbatur.* Et Petr. de Andlo, eò probè dolor! ait, *res redacta est, ut non modo vi oppressus vix judicem, ad quem recurrat, inveniat; sed &, dum post longos laborum circuitus vix tandem judicatum obtinere contigerit, deficit tamen plerumque, qui res judicatas executioni demandare aut velit aut possit.* Hinc patria continuis *diffidationibus exagitur*; hinc jam tela volant, furibunda sparguntur faces; hinc armorum, arcuum sonat fragor, & injuriosus mucro omnia & omnia prosternit. *Imper. Romano-Germ. L. II. c. 16. Conf. Arumæus, ad A. B. Disc. VI. c. 17. th. 16.*

De Wenceslao dicere nil attinet, dum nemini non notum est, cum ocio & voluptatibus in Bohemia suâ indulgentem omnem Imperii curam susque deque habuisse. *Hoc unum deerat afflictæ genti malum*, ait Johannes Palatius, *quod Carolus monstrum in successorem intruderet filium suum Wenceslaum. Ejus pravi mores non tam Electoribus, quam Pontifici patebant; licet hi avaritia ac libidine corrupti in eo consenserint, ut hominem ventri, deliciis, abdomini, ac evacuandis dolis potius quam sceptro & Imperio natum, fortem, probum, cæterisque meliorem declararent. Vix annorum quindecim erat, cum pessima indoles, à puero jam solita perpetua agere Bacchanalia, in matronarum supra proclivis, & de ventre sollicitas, ad ruinam properabat Imperii. Electores dissentientes conciliavit, promissis unicuique Electorum 10000. florenorum. Tantam porro pecuniam cum solvere non posset, Electoribus publica Imperii veltigalia oppignoravit, sex Sueviæ Urbes vicinis vendidit, inde evisceratum est Imperium, deplumata Aquila, ut in reliquum cæteris sit animalibus contemptui* Hactenus Palatius. *Aquila Suevicæ L. XXXV. c. 2. n. 98. p. 279.* cujus, quia cordatum est, iudicium præ aliis adducendum censuimus. Sunt equidem, qui mitius de Wenceslao sentiendum, atque in ejusdem depositione justitiam desiderari existimant; & nec ego quidem omnia, quæ ipsi imputata, veritate niti, sed multum odii sibi attraxisse crediderim, quod cum Hutilitis benignius egit, per id autem Clerum maximè irritavit, atque infensum sibi reddidit; si quoque dicendum, quod rese sit, aliâ sanè, quam exautorationis viâ Imperio prospici potuisset, forteque debuisset; illud tamen nec negari nec excusari ullò modò potest, quod Imperii curam si non omnem planè abjecit, certè inter postrema habuit, & nec invitantibus quidem Ordinibus, in Germaniam venire voluit, teste Dubravio, *Histor. Bohem. L. XX. p. 219.* Undè non potuere non superiorum temporum mala gravissima quotidie latius serpere, & partes etiam,

B

quæ

quæ sinceræ adhuc fuerant, tabe quasi quadam inficere, cujus rei ætatis illius historiam sat locupletem si opus, nec aliàs sat cognitum esset, testem facili opera adducere possemus.

§. V.

Fridericus, Dux Brunsvicensis, Wenceslao, vi antea jam facta electionis, exautorato suffectus licet ad Imperii administrationem nunquam pervenerit, nobis tamen silentio prætereundus hic non fuit, ubi turbata Germaniæ faciem atque causas percensemus, quos inter hujus quoque Friderici eadem Historici diserte referunt. Illud constat, eum Francofurti electum, ubi ex Comitio patriam repetere voluit, juxta Frizlariam in viâ publicâ ab aggressoribus, Heinrico, Waldeccia Comite, Cuntzmanno à Falckenberg, & Friderico ab Hertingshausen, qui potiores erant, misere trucidatum fuisse. An instinctu Johannis, Archi-Episcopi Moguntinensis, sunt, qui affirmant, sunt qui negant, & in his maximè Serarius, *Rerum Moguntin. L. V. p. 868.* cujus rationes, expensæ à Meibomio, *Dissert. de hoc Friderico, Scriptorum Tom. III. p. 423.* licet tanti non sint, ut ad assensum pertrahere possint, rem tamen nos in medio relinquemus; cum & solus ferè atque primus Gobelinus Persona sit, qui scribit, Waldeccium se per hoc excusasse, quod de *Archi-Episcopi mandato* Regicidium istud perpetraverit. *Cosmodrom. etat. VI. ap. Meibom. l. c. Tom. I. p. 288.* quem deinceps Cuspinianus, in *Vita Ruperti parvi, p. 118.* alique recentiores in relationibus suis secuti sunt. Ut fidem rei concilient, addunt, præterea, iisdem temporibus in templo Cathedrali Moguntia lapidem inventum, cum hac in postica parte epigraphe: *Moguntia ab antiquo nequam.* Sine dubio aliquid ex vero habet, quod de isto lapide passim narratur, dum & ipse Serarius tanquam commentum rejicere non audet, sed potius inscriptionem interpretatur, eò quidem sensu, quo ipsum abundare sineremus, nisi ex solo ejus cerebro profuxisse, & fidei historica repugnare res ipsa aperte loque-

loqueretur. Pro fabula autem merito habendum illud est, quod tempore demum occisi Friderici, quasi in detestationem facinoris, lapis iste Moguntiae repertus fuerit. Cuspinianus ipse dubius haeret, *l. c.* Buntingius ad vulgi traditiones se refert, *Chron. Brunsvicens.* p. 266. Resuscitatae istius inscriptionis memoriae ansam dedisse Regicidium, alii sentiunt, cum Serario, quibus & nos facile calculum nostrum adposuerimus. Utcunque autem haec sese habeant, turbis certe in Imperio promovendis, non imminuendis, non extinguendis calamitosa haec Imperatoris Friderici occisio inservit, & mala malis non parum adauxit. Ita enim expressè Cuspinianus: *diu multumque ob mortem illius tumultuatum est in Germania. l. c.* Magni inde per Germaniam motus, inquit Palatius, *l. c.* Et Bunting: *Es ist aus diesen Mord viel Wunders in Sachsen entstanden. l. c. p. 267.* Audiamus Gobelinum, qui clarius tragicas istas sequelas exponens ita perhibet: *A. MCCCCI. Henricus Dux de Luneburg, Bernhardus frater suus, una cum Ottone, Archi-Episcopo Bremensi, fratre eorum, magnò congregatò exercitu, venerunt contra Archi-Episcopum Maguntinum, & Henricum, Comitem de Waldegge, mortem Fratris sui vindicaturi, & fuit iis adjutorio Landgravius Hassiae Hermannus, & ferè omnes Duces, Comites & Barones Saxonie. Deinde inter Archi-Episcopum Maguntinum & Henricum, Comitem de Waldegge ex una, & Landgravium Hassiae parte ex altera gravissima guerra continuata sunt. Ita quod neuter partium parcebat Ecclesiis, aut personis Ecclesiasticis, & Clerici, Seculares & Monachi indifferenter capti carceribus & lignis detinebantur. l. c.* Continuatum fuit bellum, inde unde coeperat, ad annum usque tertium, teste eodem Gobelino, his verbis: *Anno domini MCCCCIII. inter Landgravium Hassiae & Henricum Ducem de Luneburg, ex una, & Archi-Episcopum Maguntinum, ex altera parte guerra perseverant, & ipsi Principes castra quaedam ipsius Archi-Episcopi potenter capiunt, nec ipse valet eis resistere. Conf. Meibomius, Dissert. de Friderico, l. c. p. 244. seq.*

Uterius de bello isto nil commemorat Gobelinus, qui tamen isti aetati propior fuit, undè colligere licet, id, exhaustis utrinque viribus, anno dicti seculi quarto fuisse compositum pacemque factam, licet, quibus conditionibus, non inveniri fateatur Meibomius. *l. 1. p. 425.* Equidem Autor *der Waldeckischen Ehren-Rettung*/ut labem facinori abstergeret, justitiam ex moribus illorum temporum accersere conatus est, quibus licuerit privatâ violentiâ hostes ulcisci, & manu sibi jus adsertum ire, *p. 1. c. 7. n. 17. 18.* Enimverò si vel hoc maximè posset per adductas ab ipso pro Waldeccia justitiæ causas, rediret tamen omninò illud ad præfens nostrum institutum faciens, quod saepe diximus, perditissimum eò avo Imperii nostri fuisse statum, ubi nullus juris vel legum valor ac reverentia, sed sola vis vel Martius furor rerum summam ubique solus obtinuit.

§. VI.

Qui Friderico successit, RUPERTUS Palatinus (*) suâ quidem laude, præsertim ob studium sanandæ Germaniæ, non defraudandus; & iniquum omninò judicium est, quod de eo tulit Boxhornius: *nihil quidquam ab eo gestum, dignum memoriâ annalium: Histor. Universal. in vita Ruperti, p. m. 903.* Effecit tamen iniqua, quâ initiò statim Imperii, susceptâ adversus Vice-Comitem Mediolanensem expeditione, usus est, fortuna, ut non nihil autoritati ejus decederet, eoque ipso hominum frena mordentium licentia in Germania cresceret. Certè ex Italiâ reducem, in ipsa Heidelbergensi Metropoli, pueros ignominiosis cantunculis excepisse Trithemius autor est, quos cum Major domus verberibus & minis prohiberet, Rupertus cohibuit:

Nolè

(*) Notandus hic obiter error Autoris *Chron. Sclavici. edit. à Lindenbrog. ad A. 1399. & 1400.* Kranzii, *Saxon. L. X. c. 9.* & aliorum, qui Rupertum Palatinum Friderico priorem faciunt, quod tamen falsissimum esse, ex Gobelino, Cuspiniano aliisque *II. cc.* aperte patet. *Conf. Meibom. in Friderico, p. 421.*

Noli, inquit, verberare canentes, nos Dominum Deum laudamus quod sani & incolumes à periculis liberati potuimus evadere. Chron. Hirsaug. Tom. II. p. 10. Conf. Nauclerus, Chronograph. Generat. 47. fol. 265. Cuspinianus, in vitâ Ruperti, p. 4891. seq. Vitis etiam vertitur optimo aliâ Imperatori, quod Heidelbergâ suâ semper velut affixus non ad Imperii provincias ipse subindè diverterit, quod ad sedandas intestinas dissensiones antiqui Imperatores optimum consilium habuerint, teste gravissimo Scriptore Lehmanno, Chron. Spir. LVII p. 118. p. 919. Equidem eo imperante in Comitibus Francofurtensibus A MCCCCIX. de tollendis dissidiis, quæ in Imperio maximè inter Proceres gliscabant, studiosè actum, & cum parùm proficeretur, decennale armistitium conclusum fuit. Spangenberg. Chron. Mansfeld. c. CCCV. ad h. an. () At enim verò palliativâ hâc curâ Imperii rebus minimè consultum fuisse testantur illorum temporum historiâ; (**)* & mox

B 3

in

(*) Jam dum prioribus Imperii suscepti annis Rupertum Francofurti Comitibus celebrasse, in quibus de schismate Ecclesiastico tollendo, & de Imperii tranquillitate restituenda actum, refert Mich. Sachs / Keyser Chron. in Ruperto, c. V. p. 183. seq. Sed nescio, quid huic relatio tribuendum sit, dum apud alios, eosque præcipuos Historicos, altum de hac re silentium.

(**) Ut de facie rerum Imperii, quæ hujus Imperatoris ætate fuit, liquidius judicari possit, lubet quædam ex laudato Jovii Chronico Schwartzburgico, fide utique dignissimo, & ex documentis in Archivo repertis conscripto adprimè huc spectantia adponere. Exposuerat latè Jovius dissidationes, dissidia & tumultus, quibus longè lateque grassati fuerant quamplurimi, recensueratque varias Confœderationes, vel solos inter Comites Schvartzburgicos, Episcopum Halberstadiensem, Comites Anhaltinos, Domines Querfurtenses, Duces Brunsvicensis & alios plures initas; quibus denique subjicit sequentia: Aus diesen vielfältigen Verbündnissen ist nun leicht zu ermessen / wie wüß und unrichtig es damahls in Thüringen / sonderlich um das Eisfeld / auch disseith und jehenseith dem Harze zugegangen / und was für Plackereyen / Rauben / Streiffen und Zugreifen an denen Dertthern in Schwange gegangen. So verhielte sich in Sachsen und Westphalen auch nicht bef

insecuta Imperatoris mors omnem huic Constitutioni vim, si qua esse poterat, penitus detraxit.

§. VII.

JODOCUS, Ruperti successor, (*) simulacrum potius Imperatoris, quam reapse talis, non nisi sola barbâ conspicuus, senioque planè confectus, perbreui isto tempore, quô ad Imperii clavum sedit, ad evellenda imperii mala nihil quidquam valuit. Quin potius, dum acceptô sub clausulâ Commissoria Imperio, Electoribus, juxta cum reliquis Ordinibus, Nobilibus etiam atque Communitatibus indulgit, ut, si quid contra promissa & Imperii Constitutiones committeret, armatâ manu sibi resistere possint, ceupatet ex decreto, ap. Goldastum, *Constit. Imperial. Tom. III. p. 424.* indè facilè colligere licet, Jodocum contra ordines ne hiscere quidem ausum, utpote quos sub quocunque prae-textu irritare ipsi valdè periculosum fuerat futurum.

§. IIX.

SIGISMUNDUS egregiis, si quisquam alius, animi pariter atque corporis dotibus instructus Caesar tollendis tamen intestinis

fer/ da gleichfals eine Aufrühr über die andere entstanden. Inmassen auch Herzog Heinrich zu Braunschweig eine schädliche Fehde hatte mit denen Grafen von der Lippe/ darüber er mit etlichen von Adel von Graf Bernhard gefangen worden. Dieses Handels nahmen sich des Herzogs Freunde zum heftigsten an/ klagten dem Keyser/ und bathen um Erledigung. Ob nun wohl denen Grafen und ihren Hauptleuten/ den Herzog zur Stund wieder auf freyen Fuß zu stellen/ auch/ weil sie wieder des Reichs Abschied und allgemeinen Landfrieden in Sachsen/ Hessen und Thüringen auffgericht/ gehandelt/ auff angezeigten Termin vor den Keyserlichen Hals-Gericht zu erscheinen von Keyser Rupprechten durch ein scharff Edict geboten und auffgelegt worden/ so ward doch auff dasselbe nicht viel gegeben/ wurde auch solchen in keinen Stücke nachgelebet. u. so w. P. V. c. 31.

(*) Ineptè ergò Autor, de *Temporibus mundi* scribit: *Jodocus sex menses tantum supervixit, locumque Ruperto, qui imperaret, fecit. Etate mundi VI. fol. 2331.*

testinis Imperii motibus ac malis haudquidquam par fuit. Ejus rei sequentes potissimum causæ reperiuntur. Primò defuit Sigismundo animositas ad compescendos tantos fluctus omninò necessaria; porrò omne ferè tempus in Ecclesiæ Schismatibus & turbis componendis consumsit, & cum curis his unicè incumbens Hussitarum incurreret odia, infelici & periculoso bello se involuit, ut de aliis cogitare vix potuerit; denique posthabitis sæpè rebus Imperii, externa magis curavit, & ea propter in Hispaniam, Galliam Angliamque profectus tantum non risui ac contemptui se exposuit; unde etiam Maximilianum I. ipsum S. R. Imperii accensum; des heiligen R. Reichs Büttel/ appellatione ferunt. Certè Palatius Spiritus Sancti tabellionem vocat, qui triennii spacio totam peragraverit Europam. Aquilâ vagâ, in vitâ Sigismundi, p. 356. seqq.

§. IX.

Successori ejus, ALBERTO II. fortè animus non defuit ad sananda Imperii vulnera, dummodò tempus ad tantæ molis opus peragendum necessarium non defecisset. Neque enim bienniò totò imperavit Princeps longiore vitâ dignus, in quò spes erat recuperandorum de Imperio jurium perditorum. Casp. Hedion, Paralipomen: ad Abbat. Urspergens. in Alberto II. p. 94.

§. X.

Qui Albertum secutus est, FRIDERICO III. (*) regimen

(*) Equidem Fridericus Imperator non tantum à plerisque Historicis Tertius nominatur, sed & ipse in diplomatis, sigillis & nummis ita se nominat, eoque facto excludere ex ordine Imperatorum Fridericos, tam Austriacum, quàm Brunsvicensem videtur, quartum aliàs vel quintum, non tertium, se nominaturus. At respectu coronationis Pontificiæ id factum, quæ Friderico I. & II. non item cæteris obtigit, cui tantum tùm temporis ex superstitione tributum, ut non nisi coronati in Catalogum Imperatorum referrentur, id quod etiam cum Heinricis nonnullis contigisse jam alibi monuimus. vid. Lambecius, Tom. II. Bibliothec. Vindobon. p. 710. & post eum Meibom. Dissert. de Friderici in Imperatorem elect. l. c. p. 420.

men fat quidem diuturnum fuit, & de emendandis Imperii defectibus varia in Comitibus egit; (**) sed animus & fervor, quem negocium tam arduum exigebat, in eo desiderati fuerunt. *Nimium*, inquit laudatus Autor *Paralipomen.* ad Abbatem Urspergensis, *quietus toleravit omnia. Cunctator, ut diu habebatur, salutaris, quod maturitati dabatur, sed illa nunquam eo pervenit, ut vim ostenderet. Quoties enim apud illum fieret rerum comploratio, quod hæc & illa fierent, hæc & illa timerentur, ferunt respondisse: necdum esse tempus illa emendandi. Nec tamen illo vivente hoc tempus impletum est, nescitur, quando implendum. Jam res eò vergunt, ut Alemania, quæ pridem amisit vivacitatem, omnem deinde perdat Imperii honorem. l. c. p. 103.* Consentanea his habet P. Langius. *Fridericus, inquit, fuit quidem vir optimus, Ecclesiam ac cerum diligens, atque pacificè Imperium utique in Germania gubernans; sed plus, quàm Imperatorem concedet, quieti & ocio deditus. Chron. Citizens, ap. Pistorium, p. I. p. 884.* mirum itaque non est, si crabrones irritare & Augiæ stabulum purgare non ausus fuit Fridericus, utpote ad quod faciendum Hercule aliquo opus erat, id est, Principe, cui cum prudentia juncta esset fortitudo & intrepidus ad subeunda pericula animus, quique dictum sibi putaret illud Poetæ:

Tu, ne cede malis, sed contra audentior ito.

(**) Pertinet huc Keyser Friedrich des Dritten Reformation, proponirt auffn Reichs-Tage zu Maynz/ A. 1441. Ejusdem Constitution und Confirmation des fünffjährigen Landfriedens A. 1467. Item, Reichs-Ab-schied/ auffn Reichs-Tage zu Nürnberg publiciret/ von Handhab Friedes und Rechts A. 1467. Ejusdem Constitution und Ordnung des zehnjährigen Land-Friedes/ auffn Reichs-Tage zu Augsburg auffgericht. A. 1474. ap. Goldastum, Reichs-Satzungen/ p. I. p. 166. seqq. Item Friderici III. Mandat des vierjährigen Land-Friedens/ und daß der Fürsten Spannige Sachen sollen mit Zuziehung der Fürsten geschlicht werden / A. 1440. ap. eundem Goldast. *ibid.* p. II. p. 152.

Talis

Tales cum non fuerint plerique jam recensitorum Imperatorum, inde tamdiu cum ejusmodi pravarum Societatum mon-
stris colluctandum fuit infelici Germaniæ, donec tandem optatus ἀλεξιπικος MAXIMILIANUS primus Imperator venit, qui
majore fiducia, & virtute rem aggressus tranquillitatem patriæ
nostræ feliciter restituit.

CAPUT SECUNDUM.

CONSPECTUS.

- §. I. De Origine, qualitate & fatis
Fœderum atque Consociationum in
Imperio, quales Seculo XIII. &
XIV. fuerunt maximè *Civitatum*
Rhenanarum atque Suevicarum,
summatim.
- §. II. *Societates bellicæ superiorum*
temporum cum *Societatibus Tor-*
neamentorum non sunt confun-
dendæ.
- §. III. Inter illas *Societates*, quæ nul-
lo jure munita, prima & antiquis-
sima est *Strellatorum*. der *Ster-*
ner-Bund.
- §. IV. Successit *Societas Veterum*
Mynnorum, Der *Geseller-Bund*
von der alten Minne.
- §. V. Eodem ferè tempore, quò hæc
innotuit, cœpit etiam *Societas*
Cornutorum, der *Hörner-Bund*.
- §. VI. Item *Falconum* vel *Falcano-*
rum Societas, der *Falken-Bund*.
- §. VII. Nec non prior *Leonina*, derer
Grimmen Löwen-Bund.
- §. IIX. Ac tandem *Fustiariorum*, seu
Benglerorum, der *Bengler-Bund*/
ubi etiam de *Societate Flagellato-*
rum, von *Flegler-Bunde* / & qui-
busdam aliis.

§. I.

POSTquam omnes Seculis XI. XII. & XIII. Pacis publicæ cau-
sa factæ Imperatorum Constitutiones optatum effectum
consequi non potuere; demum in Fœdera istum fuit, iisque
tentatum, numquid ad ad reprimendas inquietorum homi-
num insultus talia vincula valeant, ubi divinarum pariter at-
que humanarum Legum vis omnis in animis plerorumque
penè

C

penè extincta vel saltem oblitterata videbatur (*) Ac primùm quidem mutuis ejusmodi conjunctionibus *Civitates* sibi prospexisse, generalioribus quidem verbis, innuit Lehmannus, *Chron. Spirens. L. VII. c. 18. p. 919.* id quod vero etiam maximè simile est, quia *Civitates* ad commercia & opificia exercenda securitate opus habebant, eaque de causa arctius uniendæ, quàm separata eandem iisdem temporibus non æque potuerint obtinere, ac *potentiores Imperii Status*, suis quippè se viribus soli, vel paucorum accessione utcunque munientes. *Nobilitatis* cæterorumque ferè omne studium in raptu & depradationibus positum, quibus proindè nihil magis in visum esse poterat, quàm Fœdera ad recuperandam Imperii quietem & securitatem publicam spectantia. Communis eorum, qui antiquum patriæ nostræ statum penitus norunt, sententia est, *inauditò hæctenus in Germaniâ exemplò jam inde ab A MCCLV Civitates Rhenanas tale Fœdus inter se iniisse;*
cui

(*) Debebant utique & Germani nostri vel ex solo Juris Naturalis præcepto pacem colere, & à mutuis læsionibus abstinere, aded ut non demum per ejusmodi Fœderum & pactorum munimenta securitas quærenda fuisset. Conf. Pufendorf. *J. N. & G. L. II. c. 2. §. 11.* Sed ita quidem debebat fieri; dum autem perversi hominum mores naturalis justitiam insuper habent, ad alia, Fœderum etiam atque pactorum vincula confugiendum, *is que constituendum est, quod ipsius jam antè erat Juris Naturalis.* Grot. *J. B. & P. L. II. c. 15. §. 5. n. 1. seqq.* Id quod Pufendorfius non negat, quando parum id reverens erga Divinum Numen videri dicit, *quasi ipsius jussum non satis jam necessitatis nobis attulisset, nisi & ipsi in idem ultrò consentiremus, aut quasi ex nostro arbitrio ea obligatio dependeret.* l. c. Nam loquitur Pufendorfius de eo casu, quando de non violandis J. N. præceptis ipsi inter se pacificentes constituunt, non quando se sociant adversus alios, à quibus tale quid metuendum; deindè etiam id fieri posse expressè concedit, verbis statim sequentibus: *quodsi autem inter quasdam Gentes barbare depradationes in usu fuerint, reducende paci pacto opus est, in quò ad exercendam invicem Legem Naturalem conspiratur.* Et qui aliter posset Vir Illustris, dum passim docet, Fœdera, imò juramenta firmandis à natura debitum quàm maximè infervire. Ut aded argumenta contra Pufendorfium allata ab Obrecht, *Dissert. de Sponsoribus Pacis, c. I. n. 2. & 3.* minimè stringant.

cui cum etiam plures ex vicinis Principes accesserint, pax inde publica in multis Imperii Provinciis felici successu, quamvis non admodum durabili, promota fuit. De *Fœdere hoc Rbenano* admodum notabili si quis plura velit, ex antiquioribus Chronicon Augustense, ad A. MCCLV. Trithemium, *Chron. Hirsaug. in vitâ Volpoldi, Abbatis XXV. p. 591.* Albertum Stadensem, *ad d. an p. m. 320.* ex recentioribus, Adlzreiterum, *Annal. Boic. p. I. L. 24. n. 15. p. 639.* Browerum, *Annal. Trevirens. LVI. ad an. 1251.* & qui horum omnium relationes in compendio exhibet, celeberrimum Dattium, de *Pace Publicâ, c. IV, n. 31. p. 23.* consulere poterit. Idem Vir omni nostrâ laude superior sequenti *Capite V. n. 38.* & *Cap. VI.* plura ejusmodi Fœderum exempla recenset, & in iis vel præcipuum, in quod *Suevia Civitates A. MCCCLVI.* Cæsaris consensu coivere, ad quem, ne actum agatur, Lectorem remittentes illud tantum adhuc notamus, ea Fœdera initiô justa, licita atque honesta fuisse, stabiliendâ quippè Imperii securitati inventa, ab ipsis Imperatoribus vel mandata, vel adprobata, quibus & ipsi aliquando sociati, quod pluribus, & more suo, solidè laudatus Dattius, *l. c.* deducit. Quemadmodum autem fieri plerumque assolet, ut optima quantumvis instituta facilè contaminet abusus, ita quoque cum Fœderibus istis atque Societatibus actum, ut, quæ seditionum turbarumque intestinarum remedia esse debebant, demum circa finem Seculi XIV. civilibus bellis fomitem præbuerint. Suspectarunt enim Principes gliscientem Civitatum ex ejusmodi Fœderibus potentiam, præsertim quum sub eo velamento magnam subindè violentiam atque injustitiam exercuerint, & *qui latrones debuerant persequi canes, luporum naturam induerint*, judiciô Trithemii, *l. c. Tom. II. p. 247.* quin ipsorum Principum subditos in Fœderis societatem admitterint, & vel adversus Dominos suos juverint. Inde diffidentia & æmulatio, repullulante inprimis inveteratô inter Principes & Civitates odiô, donec tandem tecta hætenus simultas

A. MCCCLXXIV. in apertum bellum erumperet. Lehman. *Chron. Spirens.* L. VII. c. 65. p. m. 742. seqq. Dattius, l. c. C. VI. n. 18. Varia indè confœderatarum istarum in Suevia Civitatum fure fata, dum post pacem à Carolo IV. A. MCCCLXXIIX. inter Principes & Civitates factam, de quâ promus condus antiquitatum Germanicarum Dattius, l. c. L. I. c. 6. n. 28. Suevico Fœderi A. MCCCLXXIX. Rheni Palatini & Bavariæ Duces, nec non Marchio Badensis accesserunt. Biennio post cum Suevicis Civitatibus coaluere Rhenanæ. Crusius, *Annal.* p. III. L. 5. p. 288. Anno sequente Comites Würtembergici juxta cum aliis Principibus & Sociis eidem se junxerunt Fœderi. Datt. l. c. n. 39. Civitates etiam Imperiales è vicinia nostra, Gelnhusium, Wezflaria & Fridberga eodem annò accessere, quod docent Formulæ, extantes in *Diplomatibus & Documentis Historiæ Frederici III.* ab Æneâ Sylvio conscriptæ subjectis, p. 237. seqq. Undè satis quidem liquet, validissimum omninò, tot quippè accessionibus subindè auctum, fuisse istud Fœdus; sed defuit stabilitas, ac tandem eidem evenit, quod omnibus vastis ac immensa magnitudine laborantibus corporibus, ut mole suâ prægravatum subverteretur. Rescissum quippè fuit ab Imperatore Wenceslao, in Conventu Egrano, per judicialem sententiam, A. MCCCLXXXIX. quam primus ex Archivo publicavit Dattius, L. IX. n. 27. Neque verò sola vastitas Fœderi huic facta maturavit, sed & corruentis ejus aliæ causæ fuerunt, eadem scilicet, quæ jam antè Confœderatas Civitates bello involvebant. Supervenit istis adhuc alia, atque planè nova, nobis in hoc argumento peculiariter adnotanda. Non satis quippè fuerat Confœderatis, qui adhuc justitiæ quodam tegumento cooperiebantur, Socios habuisse eos, qui ex Imperii lege & ex Imperatorum approbatione tales esse poterant; sed, adaugendæ magis magisque suæ potentiæ turbulentos quosvis homines, quibus tum Germania nostra valdè abundabat, in Fœdus suum adsci-

adfeiverunt. *Nobiles* ii erant præcipuè in varias *Sodalitates* inter fe erectò Fœdere compacti, & temporum licentiâ in id animati, qui, quod proferendorum in eo turbido finium cupedine arma gregatim arripuerant, formidine vel ipsis suis Dominis incuffâ, non potuere non per istam cum Civico Fœdere coalitionem huic apud Principes maximum odium conciliare.

§. II.

Nobiles etiam à Civitatibus Confœderatis, eos videlicet, qui privatò ausu in varias *Societates* coiverant, in communione Fœderis admiffisse modo diximus. Id quum uberius nobis exponendum fit, audiemus primò *Crusium*, cujus hæc sunt verba : *Nobilibus etiam hoc usurpari talibus temporibus cepit, quod adjunctis sibi Rhenanis Sodalitates inter se faciebant ; ut S. Georgii, S. Wilhelmi. Alii belluæ alicujus, ut Leonis aut Pantheræ. Et quisque insigne Societatis suæ in veste gerebat, ex argento, aut auro, ut Leonem, aut Pantheram, aut aliud. Episcopus Argentinensis in Societatem Leonis venit.* Et post pauca : *non tamen manserunt diu illæ Nobilitatis sodalitates.* *Annal. Suevic. L.V. p. 3. c. 13. p. 294.* Ubi tamen initiò statim notandum est, non debere confundi cum memoratis hisce ac aliis mox memorandis *Sodalitatibus*, quæ omnes ad *ἐπιμαχίαν* spectarunt, alias quasdam itidem sub variis signis seu symbolis, multò tamen antiquiores, & diversum planè in finem institutas. Illas volumus, quarum in *Hastiludiis* fuisse occupationes, quæque, si *Rixnero* tribuenda fides, (*) in *Hastilu-*

C 3

filu-

(*) Est equidem exigua *Ge. Rixneri* apud Doctos auctoritas, dum multa ex cerebro suo finxisse arguitur. In hac tamen de Societatum memoratarum ortu traditione fidem ipsi non omnem derogabimus ; siquidem Imperii Constitutiones & alia Acta publica seculo XV. de hisce Societatibus, tanquam instituto antiquo & notissimo, non tanquam de tali, quod noviter tùm receptum fuerit, loquuntur. Vid. *Autor der Politischen Frag und Antwort/ ob des H. Reichs freyer ohnittelbahrer Ritterlicher Adel ein Stand des H. Reichs sey.* f. 38. & ap. *Dartium* locus est ex Actis

Hastiludio secundo Rotenburgi à Conrado Francorum Duce habito, ita ordinata fuerunt. Distributa erat Nobilitas Germanica juxta IV. Regiones, Rhenanam, Franconicam, Bavaricam atque Suevicam, unde totidem Societates, salutatae die Thurniers-Gesellschaften der vier Lande/ quæ à IV. Torneamentorum Praefectis, von vier Thurniers-Vögten dirigebantur. Quum verò hi quatuor tam gravi negotio non essent pares, inde in dicto Rotenburgensi Hastiludio conclusum fuit, ut unicuique Praefecto in suâ Regione tres adhuc alii adjungerentur, quâlibet etiam Regione in totidem classes sive minores Societates subdivisâ, & certo digmate cuilibet illorum Adjutorum dato, unde dignosci facilius possent, & unde Societas quâlibet, cujus singula membra eodem digmate ornanda, nomen sortiretur. (***) Enata igitur sequentia earum Societatum

Comitialibus Wormatiensibus, Anni MCCCCXCV. ubi hæc habentur: Und als under andern in den obberührten Zedel von wegen der Königl. Majest. der Versammlung übergeben/ ein besonder Anzahl einer mercklichen Summa Gelds uf die Gesellschaften im Reich dazuleihen angezeigt; Daß dan bey egliehen/ und sonderlich der Stett Sendbotten/ zwisfaltig verstanden/ einer Meynung/ daß die Gesellschaften der Ritterschafft/ als St. Gergens-Schilt/ der Wolff/ Esel/ Visch/ Valcken und dergleichen Turners-Gesellschaften dabey verstanden; die andern maintnen/ das die Kauffleut-Gesellschaften damit gemaint waren. l. c. c. VII n. 25. seqq.

(***) Juvat, ipsa Rixneri verba adducere sequentia. Als die Unruhm des Thurnirs gar hin was/ fassen sie nieder zusamen/ und fingen an zu berathschlagen/ den Turnier basz zu verfassen/ und ein besser Ordnung anzustellen/ und was das ihr Fürnemmen/ Nachdem der ganz Thurnier den vier Thurnier-Vögten zu schwer were/ in einer so kurzen Zeit allein zu regieren/ So wolten sie für gut ansehen/ daß man jnen ein Hülffthete/ also/ daß man in einen jeden Gezirck mit seinen Gränzen noch drey Gesellschaft-Vöigte verordnete/ der jeder zu aller Thurniers-Zeit dersehen/ so in seiner Gesellschaft weren/ selbst wartet/ und die in allen Ampten verordnete/ warzu ein jeder geschickt wer/ und daß ein jeden ein Zeichen von ein Thier oder Vogel

tum nomina, die Gesellschaft von Schwan/ von Löwen/ von Winde/ von Falcken/ von Steinbock/ von Leidhund/ von Greiffen/ von Einhorn/ von Esel/ von Beeren/ von Pferde. His deinde adhuc sex alia, sequentibus, ut videtur, temporibus accesserunt: nimirum Societates denominatae von Pfauen/ von Fisch/ von Bracken/ von Kranz oder von der Cron/ von der Fürspang/ von Wolff. Videatur Rixner. Thurnierbuch/ fol. XXXVII, seq. CLXXII. seqq.

§. III.

De Societatibus à Crusio memoratis, S. Georgii & S. Wilhelmi in praesens plura nos non adferemus, sed remittimus iterum ad saepe laudatum Dn. Dattium, qui inter alia, quae de Societatibus hifce habet, integras quoque Tabulas Confœderationis harum Societatum cum Civitatibus A. MCCCXXCII. inita publicavit, l. c. c. VII. n. 18. 19 Et in eò quidem Celeberrimo Viro ad stipulamur, quando ibidem ait, *initia earum sodalitatum, pnta S. Georgii, S. Wilhelmi & Leonis, circa an. demum 1380. referri, cum antiquiora vestigia vix ante annum 1379. diligens etiam Germanicarum rerum scrutator sit facile reperiturus; id quod sequentia verba planius reddunt, dum subijcit: tunc primam forte in Wetteravico tractu Leonum Societatem floruisse.* Alias tamen ejusmodi Societates iam tum antè notas fuisse constat exemplò Societatis, dicta Stellatorum, vulgò derer Sterner/ undè der Sterner's Bund/ Sterner's Gesellschaft/ quae circa Ann. MCCCCLXX. Caroli IV. tempore, vel aliquamdiu antè innotuit, Hassiamque maximis calamitatibus involuit, cujus rei hanc reperire

geben würde/ daß er sein Gesellschaft-Knecht anhenckte/ und er selbst das allweg führte/ dabey man sein Gesellschaft erkente/ Und welcher von den vier Landen ein Thurnierer wer/ der solt derselben Zeichen eins an seinen Hals/ der Rappen oder den Hut tragen/ in den Bezirk/ darin er gessen/ Wer er ein Ritter/ so solt ers gülden oder vergült führen/ Wer er ein Edelmann/ so solt ers ganz weiß führen/ und der Ehren-Knecht solt das Forder vergült/ und das Halb-Theil weiß tragen/ damit sich der Adel unter einander bekennen mögte. fol. 36. seq.

perire licuit occasionem. Solus eo tempore rerum potiebatur in Hassia *Heinricus*, cognomine *Ferreus*, cujus filii omnes, turbato mortalitatis ordine, Patrem morte anteverterant. Erat autem ipsi Filia natu major *Juditha*, *Otoni*, liberali dicto, Brunsvicensium Duci in matrimonium elocata, cujus Nato successionem in Landgraviatu *Heinricus*, avus, destinaverat, præteritò *Hermann*o docto, *Heinrici* ex Fratere *Ludovico* Nepote, qui solus ex Hassico Stemmata tum quidem supererat, sed Sacris addictus, Canonicus quippè Magdeburgensis factus. *Munster. Cosmograph. L. V. c. 367.* (*) Accidit autem, ut verbis quibusdam *Otonis* votum captandæ mortis præ se ferentibus offenderetur *Heinricus* Landgravius; undè subito voluntate mutatâ *Hermannum* Landgraviatus hæredem declaravit, quem etiam, mortuo A. MCCCLXXVI. *Heinrico*, propemodum centenariò, *Hermannus* ex asse & ex voto obtinuit. (**) Male hoc habebat *Otonem*,

(*) *Munsterus* l. c. perperam *Otonem Albertum*, & *Uxorem* ejus *Elisabetham* vocat.

(**) Rem ita refert *Chronicon Hass. MSCrum* *Wilh. Buchii*: Als Landgr. Otto für seinen Vater ohne Leibes-Erben mit Todt abginge/ ward Landgr. Heinrich des willens/ seiner Tochter-Mann/ Herzog Otten von Braunschweig das Land zu übergeben. Das dann grossen Widerwillen bracht hatte/ der Erb-Einigung halber/ so Thüringen und Hessen mit einander auffgerichtet. Derohalben denn auch männiglich nicht wohl damit zufrieden war/ besonders/ weil Herzog Otto sehr darauff stolziret. Denn es trug sich einsmahls zu/ daß er jaget an den Belsberg/ da schittelt der Herzog seinen Kopff/ und saget; Wären zwey Augen todt/ so wolt ich ein reizher Herr werden. Das erhöhret ein Hefischer Ritter/ Eckart von Körenfurth/ verdros ihn/ und saget: da behüt euch der L. vor/ und Gott behüt uns unsern Herren/ wir wissen noch mehrere. Zog auch so bald von Herzog zu Landgr. Heinrichen/ und zeigt ihm die Worte an/ und wie sich der Herzog seines Todes freuet. Also ward der alte Landgr. bewegt und erzürnet/ und sprach: Summer unser Frauen Elisabeth/ das Wort soll ihn das Land zu Hessen schaden. Sandre alsobald gehn Magdeburg/ und lies Landgr. Herman/ seines Brudern Sohn/ der noch nicht geweyhet/ zu einem Erben nach seinem Todte ins Land einsehen. fol. 80. 81. Conf. *Dillich. Chron. Hass. p. 1. p. 197. seqq.*

Brun-

Brunsvicensium Ducem, & bello petiit *Hermannum*, dum adhuc in vivis esset *Heinricus*, instigatâ Societate, quam modò nominavimus, *Stellatorum*, à Stellis aureis & argenteis, quibus pro tefera in vestibus utebantur, ita dictorum; undè per tres annos multa eaque gravissima damna, quadragies centenis millibus florenorum æstimata, in Hassiam redundarunt. Excerpta *Chronici Riedesliani MSCr. p. 36. Chronicon Franckenbergense MSCr. ad A. MCCCLXXII.* Factiosorum erat ingens numerus, & in iis, præter Abbatem Hirschfeldensem, plurimi Comites etiam atque Dynasta, Nassovici, Cattimelibocenses, Waldecenses, Hanovienses, Isenburgenses, Marcani, Epsteinenses, Lisbergenses, Helfensteinenses, imò præcipui ex Nobilitate Hassiaca, (***) qui, sub Antesignano, Gothofredo, Comite Ziegenheimensi, arces, urbes & monasteria expilarunt inflammaveruntque, & divisione jam inter se facta, totâ Hassiâ exuere *Hermannum* voluerunt. (***) Tandem verò Marchiones Misniæ

D

& Thu-

(***) In Excerptis *Chronici Riedesliani MSCris* legitur, dixisse aliquando Landgravium Hermannum: er wollte alle seine Freunde und Junckern wohl mit einen Heller Brodt speisen. p. 37. Quin inter Domesticos ejus fuisse, qui clam cum Stellatis conspirarint, vel metu adacti eorum Fœderi nomen dederint, patet ex iisdem Excerptis *Riedesliani Chronici* verbis: Ehliche/ die in dieses Fürsten Hoff-Gesinde waren/ und seine Kleidung an ihren Halsen trugen/ und täglich sein Futter und Brodt assen/ die trugen ihre Sterne in Beutel und heimlich bey sich/ in der Meinung/ ob es zu einer Mangelung oder Streit keme/ daß sie ihre Warzeichen bey sich hetten/ und nicht todt geschlagen würden. p. 34.

(****) Ita Excerpta *Chronici Riedesliani*: In diesen Sternens-Bunde waren der meiste Theil der Edlen in Lande zu Hessen/ die geschlossen Junckern/ dazu durch Westphalen/ Buchen/ Sachsen/ Francken/ an den Rhein und durch die Wetterau/ daß mehr denn 2000. solcher Junckern waren/ die hatten mehr den viertelhalbhundert Schloß/ und hatten zusammen geschworen wieder diesen Landgraff/ ihn alle seine Lande zustoßen und unter sich zu bringen; und die Obersten des Bunds waren allbereit eins worden/ was jeglichen am Lande werden sollte. p. 33.

& Thuringia, *Balthasar* atque *Fridericus*, Landgravio suppetias tulerunt, junctisque cum hoc, cui solæ adhuc Civitates fidæ, armis factiosos in ordinem redegerunt. Bunting. Braunschw. Chron. p. III. in *Vit. Ottonis, des Quaden* / p. 17. quamvis incertum sit, quibus in specie modis aut legibus id factum fuerit.

§. IV.

Vivente adhuc *Heinrico* Landgravio, & vix sedatis Stelatorum turbis, alia Nobilium, quibus etiam Comites quidam immixti erant, adversus eundem atque *Hermannum* Societas insurrexit, dicta *veterum Mynorum, die Gesellschaft von der alten Minne* (*) Quæ appellationis hujus ratio fuerit, explorare non potuimus. Faciunt tamen illius Consociationis mentionem *Chronica Hassiaca* MSCta, ad quæ in præcedente paragrafo provocavimus, omnia, sed in tempore variant, dum *Excerpta Riedesliana* adhuc tùm in vivis existente *Heinricò* factionem istam erupisse perhibent, p. 39. cætera ortum ejus ad A. MCCC. LXXX. referunt, quò non amplius supererat *Heinricus*. Fortassè tamen ita conciliari possunt, si initium *Heinrici* temporibus adscribendo, sopitas utcunque discordias post aliquot annos denuo resuscitatas dicamus. Quicquid autem hujus sit, id certò compertum habemus, Consociationis istius caput fuisse *Nassovia* Comitem *Johannem*, *Dilleburgensem*, qui dum conquirere non poterat, *Dredorfium* ab *Agnato Nassovico* in *Hassum* fuisse translatum, iras suas tali factione concitata in ipsum evomit. Multum mali perpeffi sunt subditi *Hassiaci* in *Præfecturis Königsbergensi, Giessensi, Blanckensteinensi, Biedenkopiensi, in ditionibus Hüttenbergicâ, Lorana & Calderensi*. Maximò autem furore sævitum fuit in urbem *Franckenbergensem*, ubi tamen etiam tandem in-

(*) In nonnullis MSCtis Chronicis dicitur etiam *der Gestiller-Bund von der alten Minne*. Sed error esse videtur describentium, qui locò *Gestiller* legerunt.

cendium hoc extinctum. Rem referemus ex *Chronico Francken-*
bergensi Wigandi *Gerstenbergers* / alias *Bottenbenners* / quod
 Germanicò idiomate A MDCXIX. J. F. *Fausi von Alschaffens-*
burg edidit ; sed obtigit nobis versio quædam Latia, satis qui-
 dem jejuna, nondum tamen typis evulgata, ubi sequentia in-
 veniuntur : *Hoc tempore exsurgebat Confederatio Comitum &*
Nobilium, dicta veterum *Mynorum*, inter quos *Comes à*
Nassau Principalis, contra *Principem Hermannum*, qui *Has-*
sia multum damni intulere, & *Patbergenses* imprimis *Francoberge-*
noxii existebant : ita furiosi comminantes refecare nasos & mammæ,
 occidentes multos, & subulcum ad arborem propè *Francobergam* suspen-
 dentes. Aliò tempore venientes *Patbergenses* in nocte ad montem, *die*
Hart / ad *Ederam*, manè urbem incurfare volebant. Sed *Francober-*
genses id per *Hassenläusern* experti præveniunt, capientes *Dom-*
inum Fridericum à Patberg cum suis servis. Reliqui omnes aufuge-
 runt. Consul cum Civibus dicebat *Friderico* ; se mortem subulci pa-
 tibulò ulturos. Suspendit etiam quinque ejus servos, & volentibus
Nobilem de Patberg itidem suspendere, hic promittebat perpetuam ami-
 citiam, & tollebat bellum intra quinque milliaria circa *Francobergam*.
 Consul cum Civibus annuens petebat sponsorem & scriptam cautionem ;
 quibus consecutis, ab *Episcopo Moguntino*, *Comite à Nassau*, *Zygen-*
hainensi, *Waldeccensi* & aliis *Nobilibus* tollitur bellum *Cornutorum*, ve-
 terum *Mynorum* & *Falckanorum*.

§. V.

Proxima ab his, si non simul & eodem tempore cum ulti-
 ma extitit, est *Societas Cornutorum*, *der Hörner-Bund* / *die Hör-*
ner-Gesellschaft / undè ipsi etiam Socii dicti *die Gesellen von*
Horne / apud *Dilichium*, l.c. p. 213. Appellationis rationem hanc
 tradit *Buchius*, quod *corniculis* pro signis usi fuerint, quibus
 velut tesseris inter se Socii agnoscerentur. Constitit autem ista So-
 cietas seu Factio maximam partem ex *Nobilibus Hassiæ superio-*

ris & ad Lanum, in quibus tanquam Antesignani exprimuntur Conradus Spiegel von Desenberge/ & Hozfeldii, qui cum asseclis arma contra Hermannum Landgravium arripuerant, à quò, postquam cædibus & rapinis cum in Hassia tum in vicinis locis funestè grassatum, demum in ordinem redacti fuere. Culpa rejicitur in quosdam Landgravii Præfectos, qui nimis & duris exactionibus Nobiles pariter atque alios subditos tamdiu divexarint, donec, ut Poëta canit,

calido sub pectore bilis

Intumuit,

& qui seculi mos erat, Jus sibi manu assertum; verunt. Dilich. l. c. p. 212. Chronica Hasfiaca communiter initia hujus Factionis ad A. MCCCLXXIX. referunt, & non ultra duos cum dimidio duravisse perhibent. Constat tamen ex tabulis Fœderis, quod Wezslaria cum aliis Civitatibus iniiit, istud adhuc tum A. MCCC-LXXXII. perstitisse, ipsamque Wezslariam in Factionis istius communione fuisse. Eximit enim in dictis tabulis ex hostium numero, post Wenceslaum Romanorum Regem, aliosque plures, *Societatem Cornutorum*, quamdiu in communione Fœderis cum eadem permanerint. In *Diplomatis & Documentis Historiæ Friderici III. subjectis. p. 242. seq. (*)*

§. VI.

Circa eadem tempora alia ejusdem generis *Societas*, dicta *Falconum*, vel, ut etiam audit, *Falcanorum*, die *Falckner-Gesellschaft* /

(*) Verba ita habent: Und in diesen Bindnisse nehmen wir us den allerdurchlauchtigsten Fürsten und Herrn/ Herrn Wenzelav/ Römischen Kunig/ daz heilige Römische Riche/ den Landvaut in der Wetterreib/ unsere guten Grunde/ und Eytgenossen/ die von Franckensurd/ von Frydeberg und von Geylnhusen/ den Edeln Herren/ Graven Johan/ Graven zu Nassauwe/ und die Gesellschaft mit den Hörnern/ als lange daz Bondnisse weret daz wir mit in han. Nach Christi Geburte dusent/ druhundert und zwei und achzig Jare.

schafft/ in Episcopatu Paderbornensi & aliis Westphaliæ locis prorupit. Nominis id sine dubio à *Falcone*, quo pro insigniis usa, sibi ipsa imposuit; nec incongruè, dum rapacium ad instar Falconum ejus sodales falcacibus unguibus omnia longè lateque diripuerunt. Mentionem ejus injiciunt Chronica superius allegata MCta Hassiaca passim, & docent, quod in Hassia infestanda communem causam fecerint. Ita enim *Chronicon Franckenbergense*, Latini idiomatis, ad A. MCCCLXXX. A Christi 1380. *exsurgebat in Westphalia & in Episcopatu Patrisfontio Confederatio, & hoc bellum durabat per tres annos, multos in Hassia in paupertatem redigens. Eò annò misit Landgravius Herman suos contra Mardorffenses, quibus intererant Francobergenses, sexaginta equis benè instructi. A. 1381. multum damni illatum est Francobergæ à Confederatis Cornutorum & Falckenorum. Aliò tempore Francobergenses hostes persecuti, usque ad Fürstenbergam, casti sunt. Audiens hoc Landgravius Herman venit Francobergam, convocans Comitem Waldeccensem, & cum eo consulens abit cum eò Kirchainam, ubi apparuit Episcopus Moguntinus Adolphus, qui tunc in Amæneburg commorabatur. Deliberabant de captivis. Episcopi & Cornutorum viri Duces existebant in hoc bello. At nihil effecit Landgravius. Civibus Francobergensibus imponebatur λύτρον. Parum adhuc de Factione Falconum reperimus; observari tamen meretur, quod Episcopi Moguntini tum temporis in istiusmodi turbis semper non ultimæ partes fuerint. (*)*

D 3

S. VII.

(*) Non etiam abs re erit, quæ cum his conformia habet, & alibi vix reperuntur, *Chronicon MSCrum Francobergense Germanici idiomatis*, ea huc adponere. Dornach/ als man schrieb 1380. Jahr/ da erhüb sich ein ander Bund und Gesellschaft in Westphalen/ und in den Stiffte Paderborn/ die hießen die Felckener. Diese Behde wehrete auch bis ins dritte Jahr; die machten auch viel arme Leute/ und thaten viel Schaden. In denselben Jahr sendte Landgraff Herman die seinen vor Mardorff/ dahin kähmen die von Franckenberg mit 60. Pferdē wohl bezeuget/ da zutratte man die Frucht/ und zogen sorders vor Melnau/ da zutraten sie auch die Flur. Desgleichen

Succedit nunc, quæ ejusdem circiter ætatis est, *Societas Leonum*, der Grimmen Löwen-Bund / five Löwen-Gesellschaft / quam ad differentiam istius, de qua sequente Capite dicturi sumus, tantisper *priorem* vocare liceat. Erectam eam fuisse A. MCCCLXXIX. Wisbadena docent tabula Confœderationis, exhibitæ à Bern. *Herzog/ Chron. Alsat. L. II. c. 43.* ex quibus apparet, Wilhelmum, Comitem de Wied, istius Societatis Capitaneum, ex Confœderatis præcipuos Wilhelmum & Everhardum, Comites Cattimelibocenses, nec non Johannem, & Walramnum, Nassovicos, fuisse. In tres tantum annos conceptum Fœdus, electo in militiæ & fortitudinis signum Leone, und hierum zu einen Warzeichen und Erkentnis soll unser jeglicher der Ritter einen gülden/ und der Knecht einen silbern Löwen an ihn tragen/ ut verba tabularum habent. Intentionem præ se tulere Socii honestam, quæ dicitur mutua adversus violentos aggressores defensio; sed quàm intra hosce terminos se continuerint,

thaten sie auch vor Hofseld/ den die Junckern hatten ihr Schloß Hofseld den Grafen von Nassau usgethan/ wieder die Hessen/ und dies geschah uf St. Johannis Baptista Tag / nach der Geburt Christi/ als man schrieb 1381. Jahr. In demselben Jahre geschah denen zum Franckenbergk großer Schade von den zweyen Bünden / den Hörnern und Galekern. Denn es geschah uf eine Zeith/ daß die von Franckenberg auszogen mit manchen stolzen wohlherzeugeten Wappnern / und jagten ihren Feinden nach. Nun hatten die Feinde einen Hinterhalt/ und wurfen die Bürger nieder vor den Fürstenbergk. Da das Landgraff Herman vernahm/ da kahn er gen Franckenbergk/ und beschrieb den Grafen von Waldeck zu sich / und redete mit ihm seine Noth. Nun war Bischoff Adolph von Mainz damahls zu Ameneburg/ darum so ritt der Fürst mit den Grafen zum Kirchhain; da kahn der Bischoff zu ihme hin; da redete der Fürst um die Gefangenen/ und hatte grosse Arbeit/ daß er sie mogte los machen. Denn des Bischoffs Manne/ und des Grafen Unterthanen waren die Haupteute/ und mußten die Bürger grosse Schakung geben.

tinuerint, id docuit exitus; & vel illud unum suspectam reddit confociationem, quod in ea neminem nisi Cæsarem solum & Imperii Electores exceperint. Sanè Hassia *Leonum* horum iras atque ferociam plus satis experta fuit, teste Dilichio, *Chron. l. c. p. 213.* Continuatum etiam fuit Fœdus contra primam constitutionem per plures annos, sparsumque per varias Germaniæ partes, ita ut alia ad Rhenum, alia in Belgio, in Alsatia alia, alia in Brifgovienfi tractu, alia denique per Sueviam fuerit Leonina Societas, receptis quoque in Fœderis consortium A. MCCCLXXXII. Sueviæ Civitatibus. Dattius, *l. c. c. VII. n. 6. seqq.* Conf. Casp. Perch à Dirnstlein / *Ordin. Equestr. German. II. Grundr. S. n. 86. p. 107.*

§. IIX.

In eadem tempora incidit *Societas*, dicta *Benglerorum*, der *Bengler Bund* / quem referri video ad A. MCCCXCI. in Chronicis Hassiæ MS Ctis Franckenbergenfi, Latino & Germanico idiomate conscriptis, supra jam aliquoties allegatis. Quæ denominationis hujus ratio fuerit, & quæ de Factiosorum horum gestis nota sunt, referemus ex Latino interprete Chronici Franckenbergenfis. *ad h. an.* Ita autem habent: *Anno Christi MCCCXCI. insurgebat Confœderatio Equitum & Nobilium in Hassia, quæ vocabantur Fultiarii, eò quod fustes erigebant, denn sie führeten Bengele; Landgravio hi multum intulere damni & aliis; & aliò tempore in Episcopum Paderbornensem, qui erat filius Ducis à Bergen, irruere volentes, ab eò Principales capti sunt, nempe Patbergenses, & Spigelii à Desenberg / Falckenbergenses, Hertingshusani, & Wolfii à Schrvvarzenberg, ex Hassia, & alii Nobiles quamplurimi. Captorum erant centum. Hi in liberationem æstimabantur 30000 flor. Provoocat Interpres Latinus in hac narratione ad Chronicon Limpurgense, quod quidem editum novimus, sed cernere nunc nobis non licuit; undè hoc centone oportet esse contentos. Desinere- mus etiam hic in recensendis anomalis istis Societatibus, nisi jam succure-*

succurreret alia huic *Benglerorum* cum propter nomen, tum propter signa, quibus usa fuit, non multum abfimilis. *Flagellatorum* ea nomine cluit, vulgò *der Flegler-Bund*/ non, quod vel flagella pro armis habuerint, vel ex tritoribus & ejusmodi farinae homuncionibus constiterint Socii, uti vulgò, sed erroneè, à nonnullis refertur; sed quod vexillis suis *flagella* inserta habuerint, idque in contemptum adversariorum, qui in *Societatem*, quam *Leoninam* vocabant, compacti *Leone* pro insigniis utebantur. Exorta fuit ista *Societas* in Thuringia circa A. MCCCC-XII. & quidem occasione discordiarum, quæ inter Fridericum & Wilhelmum, Misniae Marchiones, & Fridericum, Landgravium Thuringiæ, eò tempore intercesserunt, ubi ex illorum partibus *Leonum Societas* stetit, hujus verò causam egerunt sic dicti *Flagellatores*. Et facile quidem creditu est, ex Consociationibus istis Thuringiam haud levibus damnis fuisse affectam, in apertum tamen bellum res non erupit, quod perperam à nonnullis traditur, sed controversiæ inter Principes amicabili compositione sopitæ fuerunt. *

(*) Quia de hisce Turbis diversorum diversæ planè ac incertæ relationes extant; idcirco non ingratum erit Lectori, si hoc loco ea exhibuerimus, quæ *Chronici Schwarzburgic.* supra laudatus Autor, P. V. c. 32. ex Chronico quodam MSCto memorat: Es meldet ein geschriebenes Thüringisch Chronicon/ daß die beyden Bisthumer/ Apel und Busso/ Gebrüdere/ von Landgraff Friederichs Hoffe enturlaubet und abgeschaffet worden. Diese zogen die beyden Marggrafen zu Meissen/ Marggraff Friedrich zwar Herrn Apeln/ Marggraff Wilhelm aber Herrn Bussen zu sich an ihre Höfe. Die gaben ihnen Rath/ und erpraeticirten so viel/ daß ehliche Grafen/ Ritter und Knechte/ Landgraff Friederichs Vasallen/ nahmentlich der Graff von Hohnstein/ Herr zu Kelbra/ Burggraff Albrecht von Kirchberg/ Herr zu Kranckfeld/ Dietrich von Witzleben/ Apel von Stotternheim/ Adam Friß von Wangenheim/ Jacob und Apel/ seine Söhne/ Luz von Wangenheim/ Adams Bruder/ Heinrich von Erfa/ Küdiger und Kersten von Hagen/ Gebrüdere/ Herman von Heilingen/ Hans von Barnode und andere mehr sich zu obgenanten Marggrafen schlügen/ und hinter ihres rechten Her-

CAPUT

CAPUT TERTIUM.

CONSPECTUS.

- §. I. De Fœdere Suevico summam, cum quò demum *Leonum Societas* coaluit.
- §. II. *Leonum Societas* sic dicta à *Leone*, quò pro *digmate* usà fuit, quod *integrum fuisse* exponitur.
- §. III. *ORTUS* Societatis; ubi notandum *tempus*, & *causa suscipienda*, quæ *Leones* allecavit; scilicet *calamitas*, quâ tùm temporis *Albertus Bavarus* premebatur.
- §. IV. Ea summam *exponitur*.
- §. V. *Qui fuerint Socii Leones* & eorum *Confederati*.
- §. VI. *Causa iustifica* istius *Conso-*
ciationis.
- §. VII. *Conso-*
ciationis descriptio ex *Formula*.
- §. IIX *PROGRESSUS* & *incrementa* Societatis
- (1.) à *Fœdere protectionis*, cum *Uladislao*, *Rege Bohemiz* inito.
- (2.) à *facto Ordinum Bohemicorum* id *Fœdus adprobantium*.
- (3.) à *prætensâ Cesaris Confirmatione*.
- (4.) à *Conjunctione* cum *Fœdere Suevico*.
- §. IX. *Spectant huc Acta coràm Commissariis Cesareis* inter *Albertum Bavarum* & *Socios, Nordlingæ & Ulmæ*.
- §. X. *EXITUS*, & *causæ compositionis*.

§. I.

Decantatissimum ex omnibus superiorum temporum *Fœ-*
deribus sine dubio est *Suevicum*, non illud quidem, cujus
jam supra fecimus mentionem, & cujus fata descripsimus; sed
E recentius

ten wissen sich verbunden/ in eine sonderliche Gesellschaft/ die *L. Swen-Ge-*
seltschafft genant; nach welcher Vereinigung die *Herrn Marggraffen*
entschlossen/ *Landgraf Friedrichen*/ doch ohne *Gewald* heimzusehen. Als
nun solches *Landgraf Friedrichen* vorbracht worden/ hatt er dargegen *Fie-*
riegel für eine Gesellschaft ausgehen oder richten lassen/ welche *Landgraff Frie-*
drich/ auch seine *Graven* und *Ritterschafft*/ die es noch mit ihn hielten/ so
dann *Erzbischoff Günther* zu *Magdeburg*/ sein *Schwager*/ gegen und wie

recentius id, cujus originem Gerhardus de Roo, *Annal. Austr.* L. X. p. 504. Werlichius, *Chron. Augustan.* p. II. p. 248. & alii ad A. MCCCCLXXXVII. referunt. Spectavit id, uti quidem præ se ferebat Imperator Fridericus, in *Rescripto ad Status Suevicos, sub dato Nürnberg/ au vierten Tag des Monats Octobris, 1487.* ad tuendam Constitutionem pacis publicæ, anno præcedente Francofurti conditam; quâ de itidem Gerhard. de Roo, *l.c. p. 502.* Sed præterea occultiores quasdam fuisse hujus instituti causas, quæ Caesaris animum in ea consilia stimularint, monet laudatus sæpè Dattius, *l.c. P. II. c. 5. n. 1.* *Gliscabant, ait, jam sub hac tempora veterum simultatum inter Archi-Duces Austria Bavariaque Ducis flamma; cum Georgius vicinis Suevia Civitatibus gravius incumberet, Ratisponâ autem Alberto venditâ excrescentem Bavaria domus potentiam, immensis Georgii suffultam opibus secretò metu ipse Caesar extimesceret. Suspecta etiam erant vicinis Austriacorum terris Helvetiorum vires, ut non malè Stumpsius tradiderit L. XIII. c. 21.* Suevicum fœdus contra Helvetios spectasse. Quibus omnibus unicum ex fœdere remedium quærebat Imperator. Illud sanè certissimum est, à Bavarorum potentia sibi quàm maximè metuisse eâ ætate Austriacos, & quavis oblatâ occasione eos adjuvissè, qui illorum ad altiora tendentibus conaminibus obicem ponere conati fuerunt. Apparet id inter alia etiam

exin-

der die Bröner und die Gesellschaft in ihren Pannier föhreten / welches vielleicht zum Despect, Hohn und Schimpfung der Bröner also geschehen / und nicht / daß solche Gesellschaft von Trefchern / Bauern / Medern / und andern dergleichen Gesinde zusammen getrieben worden. Alia adhuc notæ sunt Societates, de quibus tamen ut hic prolixius agamus, instituti nostri ratio nunc non permittit. Dicere possemus von der Gesellschaft von Rosen-Crank / von der Gesellschaft von Rostkammen / von der Löffel-Gesellschaft; sed remittimus, si qui plura velint, de illis ad sæpè laudatum Dattium, *l.c. c. XI. n. 52.* de hac ad Jo. Jac. Gotfridum, *Histor. Chronick.* p. VII. p. 761.

exindè, quod Imperatoris Friderici, si non instinctu, consensu saltem & approbatione sic dicta *Leonum*, quæ nuper adversus Bavaros insurrexerat, *Societas*, Suevico Fœderi A. MCCCCXC. se junxit, undè & hoc multò evasit formidabilius, & illa majores ad resistendum Bavaris eisque nocendum vires adquisivit.

§. II.

Leonum hæc est illa *Societas*, de qua nunc fusius dicere nobis propositum, quia præter ea, quæ sparsim apud nonnullos occurrunt, vix certi quidquam de eadem reperire licet. Nomen unde sortita, & *Leonum*, vel *Leonina* (promiscuè enim hæc voces leguntur) Germanicè die *Gesellschaft von den Leon* / die *Gesellschaft des Löwens* / vel die *Löwen Gesellschaft* / dicta fuerit, non esse rem altioris indaginis facile liquet. Scilicet à signo characteristico vel digmate, *Leone argenteo*, quem à collo suspensum gestarunt, id nominis ipsi factionis Socii sibi imponere, ceu pluribus patet ex Tabulis Consociationis, quam in *Appendice Num I.* nos primi, quantum scimus, ex Manuscripto publici juris facimus. Verba, secundum Seculi istius stilum, subobscura sunt, sed sensus, quantum quidem nobis adsequi licet, huc redit. Primarium Societatis *Emblema*, quod metonymicè *Gesellschaft* nominant, *Leo* fuit, qui cum *situ* suo describitur, quod fuerit *primò* Stationarius, seu omnibus pedibus insistens, auf seinen vier Pramen (alias Pranken) gedrukht / quale Galli *potè* dicunt; *secundò* linguâ ex ore protensâ, mit offenen Rachen / und rothausgeschlagener Zunge / Gallis *lampasè*, id enim sibi verba velle videntur: Hauchent / mit aufgehabten Haupt / und gestreckten Hals / *tertio*, caudâ per pedes obliquè trajectâ & erectâ, quod aliàs sic exprimunt Casarea diplomata: den Schwanz zwischen den Beinen durch / über den linken Pranken fürgeschlungen / und über sich gericht / ubi in cauda, quoad extremitates non detonsa, ex-

pressum, quod flabellum, einen Wedel/repräsentare vel significare debeat, quod aliàs in Heraldicis circa Leonem adnotari non meretur. Post situm *materia* proximè occurrit, quæ *argentum* est, von guten Silber formiret/ ex quò totum istud digma constitit, alles von Silber. Reliqua pertinent ad *περιφραση* & cætera ornamenta Leonis. Circumdedit eum *torques sedecim articulis* constans, ita ut singuli articuli *cubicâ* quadam *tabulâ* argentea interstingerentur, eine Gesellschaft mit sechzehn Gliedern/ und ein jegliches Glied mit einen viereck an den Umschweif durch einander gehenckt. *Suspensa hæc fuerunt à catenula*, lilium in medio complectente, auch vornen daran ein Rehtlein/ in Mitte derselben Rehten mit eingedruckten *Pylien* gezeichnet. Adhæsit hisce infra Leo alius, in dorso duabus *catenulis* constrictus, quæ ipsa torqui, ut videtur, utrinque affixæ fuerunt; und fürter mit einen zwifachen Rehtlein aber einen Leon/ obgemeldter massen/ auff den Rücken angefasst hangende. Cæterum collo *suspensum* hoc cimelium, & sine dubio *fasciæ alligatum* gestasse *Ordinis Socios*, patet ex verbis sequentibus: Welch aber solch Gesellschaft dermals um seinen Hals zu tragen nit gewillt were. Præterea in *dictis Tabulis* dispositum fuit, ut, si, qui *Sociorum* hoc cimelium ad usus quotidianos adhibere nollent, id quidem ipse debeat esse integrum, iis tamen legibus, ut *primò* in *Conventibus publicis* & diebus *feriatis* sine eo nunquam compareant. Welch aber solch Gesellschaft dermas um seinen Hals zu tragen nit gewillt were/ sollen doch der oder dieselben einen Leon/ obgedachter massen/ wie ander Gesellschaft hegt (ut aliis *Societatibus* in more positum) zu nachgemeldter *Zeith*/ desgleichs die/ so die ganze Gesellschaft/ haben zu allen *Feyertagen*/ *Fürsientagen*/ *Landtagen* und *Sammungen*/ wo sie fürgenommen werden/ und unser einer oder mer aus der Gesellschaft dabey sind. *Secundò*, ut ad usus quotidianos habeant *Leonem*,

cum

cum iisdem ornamentis, uti argenteus, in panniculo depictum, quem pileo & vestimentis adsuant, quôque tam Equites quàm eorum servi utantur, adhibitis tamen, quoad tincturas, certis discerniculis, & dictitatâ duorum grossorum multâ, si qui sine tali tesserâ visi & à Sociis propterea accusati fuerint. Unde iuror (præterea) soll ein jeder in der Gesellschaft verpflichtet sein/ein klein Leblein/obgemeldter Maß gemahlt/offentlich an ihm zu haben und tragen/ an Hüetten/Rhappen/oder Claidern/wo heden gefellig ist/ ein Ritter vergült/ein Knecht Silber/ doch des Silberin Löwen Rhloen/ auch der Cossetz Bedel an den Schwanz in Gesellschaft und an Lüzel vergült/ und welcher solches nit thät/ und von seinen Mit-Gesellen des beschrien würde/ derselb Ungehorsam soll alsdenn zween Groschen verfallen und verpflichtet seyn/ durch Gottes Willen (i. e. ad pias causas) seines Gefallens zu geben.

§. III.

De *Ortu Societatis Leoninæ* equidem nullum dubium superesse potest, ex quo Formula in *Appendice I.* subjecta plenissimè testatur, quo die atque anno ea cœperit; illud tamen fortè errori ansam dare possit, quando Dn. Dattius Tabulas quasdam ad hanc Societatem spectantes Anni MCCCCXC. antehac ineditas profert, *p. II. c. 10. n. 43. seq.* Sed salva res est, dummodò Lector observet, eas esse Tabulas, quibus Leones se Fœderi Suevico junxerunt, à nostris, quæ originem ad annum præcedentem referunt, planè diversas. Jam quod ad *Causas* initæ hujus Confociationis attinet, non malè, juxta Grotii doctrinam, quæ Belli causas generatim in *suasorias* & *justificas* discernit, *Jur. B. & P. L. II. c. 1. §. 1.* quamque etiam laudatus Dattius *l. c. p. II. c. 5. n. 1. seqq.* in expositione causarum Fœderis Suevici sequitur, Leonum quôque vel prætextus vel rationes eodem ordine examinaverimus. Ac primum quidem visuri *Causas suasorias,*

quæ sub ratione utilitatis moverunt, & fortè non incommodè *occulte* etiam vocari possunt, huc referimus præcipuè calamitates illas, quibuscùm impeditæ adeò erant res Alberti, Bavarici Ducis, ut optimam eam, nec prætermittendam rati fuerint occasionem Socii, quâ jam dudum adversus Principem suum conceptas iras expromere possent. *In tempore enim venire rerum omnium optimum est*, ut ille ait apud Comicum.

§. IV.

Iratus quippe Cæsar erat Duci Alberto, imò toti Domui Austriacæ Bavarorum potentia suspecta & invisa habebatur, augebatque odium licentiosior agendi ratio, quâ Dux Imperatoris animum non parum irritaverat. Rem referam brevissimis, ut de toto hoc negotio rectius & facilius judicari possit. Annuserat supra Milleimum quadringentesimus octogesimus sextus, quò Ratisbonam, Bojicæ olim gentis caput, sed à Friderico Ahenobarbo Imperatore liberis Imperii urbibus adscriptam, Albertus recuperaverat. Et factum id quidem magnò Civium Ratisbonensium consensu, qui sub splendidis Imperialis tutelæ atque libertatis titulis Magistratuum imperitiâ pariter atque avaritiâ tantum non ad ultimam salutis metâ se redactos conquerabantur, cum antea sub Ducum Imperio res eorum in statu florentissimo fuerint. Sed Imperator eò factò non poterat non gravissimè offendi, cujus, imò & totius Imperii multum intererat, eam Urbem libertate exutam in Bavarorum manus non reverti. Accedebat & aliud, quò Imperator Fridericus non minus, quàm superiore causâ, in Albertum Ducem exacerbatus fuit. Dederat quippè Cæsar filiam Cunigundam Fratri Sigismundo educandam, ad quem Oenipontum profectus Albertus, A. MCCCCLXXXVII. nuptias Cunigundis sollicitavit, facilemque tum hanc ipsam, tum Sigismundum invenit, & post Solemnia peracta nuptam Monachium abduxit.

Omnia

Omnia hæc clàm Patre gesta, qui, re cognitâ dici non potest, quantum excanduerit, & quàm ad vindictam à Bavaro sumendam omnia composuerit. Auxit adhuc magè Cæsaris iras, quod Sigismundus, prolis expers, Tirolin Cunigundi dotem, in consultò illò & Maximilianò, Rege Romanorum nuper ad XIII. Cal. Martias renunciatò, dixisset. Cæsar igitur justissimas ad bellum Alberto inferendum causas habere ratus arma etiam expeditivisset statim, nisi bellis Pannonico & Flandrico impeditus ultimum iræ impetum tantisper cohibuisset, donec demum **A** **MCCCCXCI.** ille prorsus erupit. Eodem enim Cæsareæ proscriptionis fulmen in Bavarum, & iteratum in Urbem Ratisbonensem, quod primum biennio jam ante emanarat, fuit publicatum. Quæ indè secuta fuerint, refert Adlzreitterus, *Annalibus Gentis Boica, p. II. l. 9. n. 58.* cujus etiam in præcedentibus, ubi tam incerta historia est, vestigia legimus. Summa narrationis eò redit: *Fratres Alberti, Christophorum & Wolfgangum cum Leonibus & cæteris ejus hostibus conspirasse, Staufferos, Nobiles Bavaros, primos è Leonibus arma induisse; Albertum, coacta ter mille peditum & equitum trecentorum manu, castrò Flagelsbergiò, Staufferorum sede expugnatò, captum Hieronymum Staufferum in vincula coniecisse; indè progressum Copszovingiam arcem, quam alter Staufferus, Bernhardus tuebatur, solo aquasse, denique subactâ Kaufringâ, vastatâ Flugelsbergâ & Ehrenfelsâ audaculos istos bellatores repressisse. Hisce consecutis morisse in Fratres, qui Toelzium diripuerant, pleramque cladem desisse in Wolfgangum, quem Albertus eò redegerit, ut vix quidquam illi reliqui fuerit, præter Lichtenbergam; Cæsarem instigasse Sueviæ Federatos adversus Bavarum, qui Fridericu. Brandenburgicum suarum partium Ducem legerint, ad eosque accessisse Eberhardum Wirtenbergicum & Ulricum Montfortium, unde in summum discrimen Bavari res adductas, dum & præterea propter diram famem egere inceperit, & ab Alpibus nivibus, æstivo calore resolutis, tanta fuerit in Boica aquarum illuvies, quæ passim pontes abripuerit, magnamque labem intulerit agris.*

Hæc

Hæc Adlzreitherus, d. l. undè jam satis apparet, plurimum licentia, quâ usi sunt Leones, adjecisse odium Cæsaris in Ducem Albertum, nec minus in Cognatum, Georgium divitem, quorum potentia adeò suspecta illi fuit, ut identidem dictaverit: *superbos eorum spiritus retundi oportere.* Confirmat id, præter Adlzreitherum, testimonio suo etiam Bilibaldus Pirckheimerus, in *Descriptione Belli Helveticæ L. II.* ubi, *Civitates,* ait, ex Fœderici consilio fœderainter se ineunt, quibus mox *Prælati,* cum Nobilitate se junxerunt, ac bellum Bavaris inferre cogitarunt; *Georgius deposuit fastum, & Albertus Ratisbonam restituere beneficii locò duxit.* *Opp. p. 74.* Et certè per fat longum tempus adeò inexorabilis fuit Imperatoris animus, ut quamvis de conciliatione anxie apud Patrem Rex Maximilianus laboraverit, flecti tamen nullò modò potuerit, donec tandem post indictum jam à Cæsare bellum & copias in Bavaricum solum traductas, Deus velut ex machinâ, Rex laudatissimus à Patre obtinuit, ut sopiendi belli arbitrium sibi committeretur. Undè quartâ post Paschales ferias Dominica, sive d. XXV. Maji A. MCCCCXCII. Augustæ pax secuta, hisce conditionibus: *Albertus Ratisbonâ & arce inædificatâ cedit:* *Cives sacramenti religione exolvito:* *avita in Urbe jura servato:* *Cæsaris Legatis in Urbem commeatum dato:* *regressuros ne morator:* *Præsidium deducito:* *Dynastiam Abenspergenssem dotis pignus sibi habeto:* *dote representatâ pignus reddito.* *Arma adversus Dominum tulisse nemini fraudi esto:* *Christophoro, Wolfgango, eorum asseclis, factionis Leonina fœderatis ablata restituuntor:* *Flamma ferrové absunta repetituris Nordlingæ jus dicitor:* *captivi inviolati dimittuntor.* Adlzreither, l. c. n. LXII. Ipsam integrar. Pacificationis Formulam exhibet Goldastus, *Reichshandlungen/ num. X. p. 30. seqq.* quam tamen emendavit Dattius, *Pac. Publ. L. I. c. 7. n. 32. p. 51.*

Jam progrediemur, antequam expediamus reliqua, ad ipsos *Leones Socios*, & ad reliquos, qui iisdem *fœdere sese junxerunt*. Socii, Leoninæ factionis *Conditores*, qui fuerint liquidò apparet ex *Formula Consociationis*, quæ in *Appendice I. Differtationi* subjectâ habetur. Et sunt *Sebastianus Pflug*, Societatis *Capitaneus Arnarckus Wildensfels*, *Jo. Degenberg*, *Bernardus Stauffer*, *Hermannus Heybeck*, *Ge. Zenger*, *Heinricus Nothafft*, *Jo. Stauffer*, *Ludovicus Murach*, *Jo. Parsberg*, *Jo. Indeman*, *Ge. Waldau*, *Jo. Paulsdorffer*, *Jobst Zenger*, *Ge. Nothafft*, *Petrus Rainer*, *Sebastianus Waldau*, *Albertus Murach*, *Sigismundus Sattelberger*, *Asmus Paulsdorfer*, *Dietericus Hover*, *Jo. Nothafft*, *Wilhelmus Raidenbuch*, *Paulus Leibelsinger*, *Christophorus Reiner*, *Christophorus Zenger*, *Wilhelmus Paulsdorfer*, *Caspar Nothafft*, *Hieronymus Nusperger*, *Heinricus Absberg*, *Marquardus Seidenach*, *Jo. Turlinger*, *Jo. Drusvizer*, *Jo. & Wilhelmus Steineri*, *Ulricus Elsenbeck*, *Oswaldus Gleissentaler*, *Balthasar Perchtelz*, *Balthasar Wartberger*, *Heinricus Lichtenecker*, *Ge. Playstainer*, *Jo. Manschener*, *Wilhelmus Slamerstorffer*, quibus adde, ex *Relatione Adlzreitteri*, de quâ præcedente pagina 39. *Hieronymum Stauffer*, & ex reliquis *Actis*, *Ge. Parsberg*, *Wilhelmum Pula-cher*, *Hinzingium Pflug*, *Jeremiam Stauffer*, *Marcum Wartter*, *Walthangerum Berchtoldshauer*, *Walthangerum Waltberger*, *Jo. Manschiner*, *Wilhelmum Raidenbucher*, & fortè alios, omnes *Bavariæ Barones*, *Equites & Nobiles*, quorum partim in literis *Reversalibus Regi & Ordinibus Bohemix* datis, partim in *Mandatis Procuratoriis* alibique passim mentio occurrit. Quod ad *Confœderatos* attinet, jam patet ex præcedentibus, quod *Suevico Fœderi* *Leones* sese junxerint; præterea & *Otto*, *Palatinus A. MCCCCLXXXIX* Societatem cum iis iniiit, ceu ex *Tabulis* constat, in *Appendice II. Quin & Bohemix Rex*, *Uladislaus, A. MCCCCLXXXX* eos in *Tutelam* recepit,

F

annuen-

annuentibus Regni Proceribus, Append. III. & IV. uti nec minus Alberti Ducis Fratres, Christophorum atque Wolfgangum, juxta cum Leonibus, inito Fœdere adversus eum insurrexisse Acta & Historia loquuntur.

§. VI.

Vidimus iratos ex Nobilitate Leones; proximum erit, ut irarum quoque *Causas, justificas* supra dictas, strictim recenseamus. Et ea quidem ex ipsis Confociationis Tabulis peti liquido non possunt, utpotè ubi tantum de infaustis mutatorum temporum fati, von Verwandlung der Zeith unglücklicher Zufälle/ & de metu faciendæ ex injusta vi jacturæ libertatis, contra quem se munire velint, Uns bey Unsern Freyheiten und vor Unrecht wieder Gewalt zu beschirmen/ generaliter loquuntur; sed distinctius istæ petendæ sunt ex iis, quæ coram Commissione Cæsarea & Regia, de quâ paulò post uberius, acta fuerunt. Consistunt autem in sequentibus: *primò*, quod contra Privilegia antiqua census atque tributa à Leonum subditis Dux Albertus exegerit (*) *Secundò*, quod, insuper habitis istis privilegiis, jus cognoscendi causas subditorum Nobilium sibi Dux arrogaverit, & Ju-

(*) Verba, in Libello Commissariis exhibito ita habent: Wiewohl wir/ unser Erben und Nachkommen/ von Keysern/ Königen und andern Fürsten/ Herzogen zu Bayern löblich und hoch gefreyet seyn/ und unter andern/ daß unsere gnädige Herrn/ die Fürsten zu Bayern/ keinen in Fürstenthum zu Nieder-Bayern/ er sey Edel oder unedel/ reich oder arm/ mit der gemeinen Steuer beschweren oder beladen sollen/ sollich Freyheit und die Fürsten zu Bayern/ löblicher Gedächtnis/ unser Vor-Eltern erkaufft und wo bezahlt haben; So hatt doch/ des unangesehen/ und kürzlich/ nach dem sich die leblich Amise des Bunds im Land zu Schwaben erhebt/ sich sein Fürstlich Gnad unterstanden/ unser Lehn-Gericht. Dienst- und Post-Leut mit Steuer- oder Hiffgeld zu beschweren/ auch der maistenecklich gesteuert/ und die Steuer zubringen lassen. &c.

& Judiciis Extraneos præferit. (***) *Tertiò*, quod vectigalia in teloniis adauerit, (***) & *quartò* nova constituerit. (***) Speramus, non ingratum fore Lectori, si ipsa Nobilium Bavavorum, ad quæ subindè provocant, privilegia in *Appendice V.* prout quidem ea in vetusto MSto legere pote fuit, subjiciamus.

§. VII.

Ipsam quidem Consociationis Leoninæ *Formulam* integram in *Appendice I.* ob oculos posuimus; quum verò prolixior illa sit, & lectu fortè tædiosa, visum est, summa ejusdem capita paucis percensere antè, ad reliqua quàm abeamus. Constat igitur Consociatio, post introitum generalem, Articulis sequentibus. Et quidem disponitur in *primo* de Dignitate seu Insignibus, quæ jam ante §. II. delineavimus. In *secundo*, quid agendum, si membrum aliquod Societatis è vivis excesserit, ut videlicet defuncti hæredes id Capitaneo denuncient, cujus sit, solennes exsequias, convocatis adeas demortui cognatis vicinisque Sociis, instituere, & curare, quò in salutem animæ hujus, nec non cæterorum ex Societate defunctorum sacra piacularia ritu Pontifi-

F 2

cio

(**) Die eingelegten Freyheiten halten lauter in sich / daß ein jeder Herr selbst über seine Leut und seiner Leut Guet / on umbs Lehen oder aigen / in die Bisthumb kain Handel richten solken. Aber über und wieder solchs beschwert uns unser Gnediger Herr / Herzog Albrecht. Denn sein Grad ziche in die Land Griedt Handel / die laut bemelter Freyheit nit darin gehöhren. Et post pauca: Wir sind auch gefreit / daß die Nemter mit Bisthumb und Rätten besetzt werden solken mit Landleuten / und keinen Gasi / das geschicht auch nit.

*** Wiewohl vor alters her die Maut und Zoll an den Mauthstellen an der Tho- au ein ziemlich Maas gehabt haben; So hatt doch unser gnädig Herr / H. Albrecht n ulich bey sieben oder acht Jahren ungefärllich dieselben Maut und Zoll merklich erhöhht.

(****) Zum vierten elagen wir / daß Unser gnädig Herr neulich bey fünf Jahren ein neuen Zoll auff der Rab zu Etterhusen auffgesetzt hab / uns zu Schaden &c.

cio cum Vigiliis, ut vocant, atque missis, celebrentur. In *tertio* ut anniversaria sacra, quibus mortui pariter ac vivi Deo commendandi, Neumarcæ in Palatinatu Superiore, vel ubi Capitaneo & Senatoribus id commodum visum, habeantur, quibus omnes Socii Leones interfint, emanentes ceræ librâ multentur, de viatico quisque sibi ipse prospiciat, cætera communibus Sociorum sumptibus peragantur. In *quarto*, ut hæredes defuncti intra mensem à tempore mortis principale Societatis digma, (& si eò fortè destitutus fuerit, ejus locò argenti puri libram dimidiam,) juxta eum Leone minore in articulo I. descripto, Neumarcam mittat, in fano B. Virginis, tanquam cimeliarchio, adservandum, in ejus compensationem Insignia defuncti & ipsum Societatis digma in Scuto depicta ibidem suspendantur. In *quinto*, Capitaneum cum certis Senatoribus seu Consiliariis Societas habeat, qui omnia illius negotia dirigant. In *sexto*, ut à mutuis hostilitatibus & offensionibus absteineant. In *septimo*, ut, si dissensiones aliquæ inter ipsos Socios exoriantur, res deferatur ad Capitaneum & Senatores, qui vel amicabile vel juris viâ eam componant. In *septimo*, ut, si quis extraneus Socio litem coram Capitaneo & Senatoribus intentare velit, ejus faciendi potestatem habeat, & juvetur; id ubi recusaverit Actor, causâ ab eodem ad Judicem Ordinarium delatâ, ibi Reus Socius jus accipiat; exceptis causis Dominii vel Feudorum, quæ à Capitaneo & Senatu ad forum competens remittendæ. In *octavo*, ut, si lis vel ad ipsum Capitaneum vel Senatores spectet, ubi Judices in suâ causâ esse non possint, priore casu Senatoribus, posteriore autem Capitaneo ad eam diremendam unus vel plures ex Sociis adjungantur. In *nono* & *decimo*, ut, si contigerit, alicui Sociorum ab extraneo vim vel injuriam inferri, implorato Capitanei & Senatorum auxilio, junctisque Societatis consiliis & viribus ea propellatur. In *undecimo*, ut, si qui Sociorum in captivitatem redigantur, vel bonis spolièntur, reliqui relaxationem & restitutionem omni nisu molian-

moliantur. In *duodecimo*, ut, si qua obvenciant, quæ propter negotii gravitatem à Capitaneo & Senatu expediri non possint, eligant duos vel quatuor ex Sociis, qui consilia sua conferant, & opitulentur. In *decimo tertio*, si quis in causis Sociorum iudicatio satisfacere renuat, ut reliqui Actorem juvent, quò ipsi iustitia administretur. In *quarto & decimo*, ut singulis annis in Civitate Camb / vel alio loco, qui Capitaneo placuerit, bini Conventus ab hoc & Consiliariis instituantur, in iisque de rebus ad Societatem spectantibus deliberetur, & si extra ordinem tales conventus cogere, vel in Societatis negotiis Senatores aut Sociorum aliquos ad se vocare Capitaneo visum fuerit, id ipsi sit integrum, sic tamen, ut hisce in casibus cuilibet vocatorum in singulas noctes, unde sumtus faciant, ex ærario florenum Hungaricum solvat. In *decimo quinto*, ut singulis annis novus Capitaneus, novique Senatores ex Sociis constituantur. In *decimo sexto*, ut, qui vocatus à Capitaneo non comparuerit, tribus florenis multetur, nisi causam excusandi habuerit sententiam, de qua Capitaneus & Consilarii cognoscent. In *decimo septimo*, ut quotannis ad ærarium conferant Socii, & quidem Comes vel Dynasta florenos quinque, Eques tres, Miles duos, in Festo S. Michaelis exsolvendos; quod si ærarium exhaustum, vel ordinarii redditus non suffecerint, liceat Capitaneo & Senatoribus præter ordinem pensationes indicere, statò tempore inferendas, ut tamen ad annuas rationes Capitaneus teneatur. In *decimo octavo & nono*, ut Capitaneus & Consilarii potestatem habeant, idoneos viros, præviò scrutiniò & acceptis literis reversalibus, in Societatem cooptandi. In *vigesimo*, ut Societas debeat esse perpetua, & indissolubili nexu coherere, nullique Sociorum licitum, in damnum aut præjudicium Leoninæ se alteri cuiquam Societati addicere. In *vigesimo primo*, ut conclusa & arcana Societatis sacro constantique silentio involvantur. In *vigesimo secundo*, ut juramenti religione

Socii se obstringant, & sigillo literas Consociationis singula membra roborent. In tertio & vigesimo, ut vis Consociationis valeat adversus omnes, exceptis Papâ Romanò, Cæsare, & Rege Maximilianò, eorumque Successoribus. Summa hæc est contentorum in Leonum Consociatione, cui in fine nomina Capitanei atque Sociorum, qui tunc temporis fuere, subjiciuntur.

§. IIX.

Talia fuerunt initia Societatis Leoninæ, talia ejus membra, tales Causæ, tales denique Consociationis Articuli. Videamus nunc porrò illius *progressum* atque *incrementa*, quorum quidem potiora ex jam dictis intelligi & repeti facillè poterunt. Referenda huc sine dubio veniunt Fœdera, non illa quidem cum Ottone Palatino, cujus *tabulas* exhibemus, & cum Ducis Alberti Fratribus, Christophoro & Wolfgango inita, utpotè quæ parùm momenti ad rem attulisse videntur; sed illa potius, quæ cum Uladislao, Bohemiæ Rege, & cum Suevicæ Societatis Corpore ipsis intercesserunt. Horum suffulta viribus, licet iniquis, cornua sibi sumere poterant Leones, maximè cum disertis verbis *ad opem contra Bavaricam Domum ferendam* Bohemus sese adstrinxerit, & Ordines Regni id factum ratum habuerint. Accessurum hisce videbatur gravius pondus ex *prætensa Consociationis Confirmatione* ipsius Imperatoris, quam ut inter cætera in *Appendice VI.* simul proferamus à re præsentè non erit alienum. Mirum omninò videri poterat, Cæsarem, cujus erat tales conspirationis extinguere, easdem fovisse & confirmavisse, nisi jam ex superioribus apertè constaret, iræ suæ potius in Albertum Ducem conceptæ, quàm justitiæ eum hac in re habuisse rationem, unde in tantas Dux redactus angustias, ut rebus suis consulere vix amplius potuerit. Exposuit etiam is postea apud Cæsareos atque Regios Commissarios Ulmæ causas, quas propter pro nulla & invalidâ confirmatio haberi debuerit. (*) Scilicet Confirma-

firmationes validitatem negotii supponere, quâ deficiente, istud vitium per eas sanari nos posse; (*) Nec quidquam ad rem facere *plenitudinem potestatis Casarea*, ad quam conspirantes provocarint, cum ea Clausula ne quidem in Confirmatione extet, sitque, si quando ea reperiatur, admodum generalis atque communis formula, quæ aliquid operari possit in negotiis honestis ac licitis; ipsam Confirmationem Leones dudum post improbam consociationem & varia seditiosè gesta per sub & obreptionem impetrasse, ut adeò, quod ab initiò vitiosum fuit, ex post facto convalescere nequiverit, neque Imperatoris consensum vel approbationem præsumenda, nisi ubi id expressè is declaraverit; omnes Conspiraciones & colligationes absque auctoritate Dominorum factas, eisdem Dominis nominatim non exceptis, per A. B. prohiberi, præsentem etiam Confirmationem de sola Leonum consociatione, non de eâ cum Ottone Palatino loqui; in dictâ Confirmatione Casarea istam hanc Clausulam contineri, quod *non alios effectus, quàm quâ jus & æquitas permittunt, ea producere debeat*, nec posse Imperatorem, si justè agere velit, ulterius progredi, vel in præjudicium cujusquam aliquid statuere, sed istam Confirmationem manifestè in detrimentum, non solius Ducis, sed & Imperii, quin in ipsius Imperatoris præjudicium vergere, dum in Consociatione sic confirmata inter alia Leonibus nova Jurisdictio in Ducis territorio, & non provocandi privilegium concessa inveniuntur, unde, quantum huic accesserit, tantum Ducis potestati decedere; per hoc detrahi Imperio & auctoritati Cæsaris, dum Feudum Imperii, quod ab Imperatore Dux acceperit, deterioris fiat conditionis, cui tamen ipsa Clausula præsentis Confirmationi inserta repugnet, quò dicatur, quod *salvis Imperatoris & Imperii juribus & jurisdictione intelligi debeat*; Imperatorem ergò, si hæc rectius secum perpenderit, in talem Confirmationem nunquam fuisse consensurum,

* Ne

* Ne quid contra fidem Actorum retulisse videamur, placet ipsa Mandatariorum Ducalium verba in medium adducere: Dazu sagen die Anwalde unsers Gnäd. Herrn/ Herzog Albrechts von Bayern/ die gemeld Confirmation mögte den Wiederthail zu Einführung Irer Sags kein Stat bringen/ und das aus viel Ursachen. Dann also wird gesagt/ daß ein Bestätigung nichts neues oder einig neu Recht gebe/ und wären allein gemeine Worte/ und ein gemaine Form der Confirmation, die nichts sonderlichs gebe/ sondern/ wäre die Gesellschaft in Ir selbst cräftig/ so wäre die Confirmation auch desto cräftiger/ wäre aber die uncräftig oder gebrechentlich/ so mögte sie die Confirmation nit decken oder cräftigen. Als aber angezogen wurde/ daß solch Confirmation mit der Clausel de plenitudine potestatis gemacht wäre / das wäre sie nit/ würde auch darinne nit erfunden/ veshalben solchs auch an Ende gar unbillig angezogen würde / und wäre doch gar ein gewöhnlich Clausel der Keyserlichen Majest. und billig an den End auch gegeben/ wo es anders etwas tapffers antreffe; Solches wäre aber hie nit beschehen. Daß aber die vermelt Confirmation denen von Wiederthail nit fürständig wäre / würde abgenommen an den/ da offenbar wäre / und lege an Tage/ daß ir Entwehrung beschehen wäre vor und ehe solch Confirmation ausgangen/ dasselbig aber wäre der Keyserl. Majest. verhalten und nit eröffnet worden/ ungezweifelt/ wo die Keyserl. Majest. des ein Wissen gehabt/ sie hätten solch Confirmation nit gegeben oder ausgeen lassen. Zu dem so mögte sich dieselb Confirmation nit strecken hinter sich auff das/ so vor geschehen wäre/ es wäre dann daß die Keyserl. Majest. also verlauten liesse: Wiewol die Geschicht vorgangen wäre/ so wolte doch Sein Majest. daß solches daran nit irren/ sondern solte dieselb Gesellschaft nichts desto minder für cräftig gehalten werden etc. So mögte das etwas auf intragen. Das wäre aber auch nit geschehen. Sie lieffen sich auch nit irren/ daß gesaget würde: solches derogirte der Gulden Bull nit etc. Dann so die Keyserl. Majest. wolte etwas geben/ so wären die gemeinen geschriben Recht/ daß dasselbig dermassen solt beschehen/ daß solches daran nit verhinern solte. Nun gebe die Gulden Bull ein Form/ wie man sich mögte mit Ausnehmung des Herrn und Oberrn zusammen verbinden; Solchs wäre aber durch die Confirmation nit beschehen / sonder so beschehe darinne gar kein Meldung davon. So bestätigte auch die Keyserl. Majest. nit weiter/ dann die Vereinigung/ die sie selbst unter einander gemacht hetten/ und die andern nit/ weder der Königl. Majest. und der Cron zu Beheim/ nach Unsers Gnäd. Herrn/ Herzog Otten Vereinigung/ und beschehe in der vermeldten Confirmation.

firmation gar Phain Meldung davon. Dargue so hette auch die Keyserl. Majest. inder Confirmation ain Clausel angehengt/ das Sein Majest. nit mer bestetigte/ dann so viel Sie von Recht und Billigkeit zus bestetigen hette. Aus denselben würde abgenommen/ das die Keyserl. Majest. als Sie dann schuldig wäre/ niemanden an seiner Gerechtigkeit Abbruch thun wolten; deshalben aus der Confirmation mit nichte gesaget werden könte/ das Unfern Gnäd. Herrn/ Herzog Albrechten/ in seiner Gnad. Jurisdiction oder ichtis Abbruch beschehen solte oder mögte. Solch Bestätigung wäre auch abbrüchig den Heil. Röm. Reiche/ und dadurch auch Unfern Gnäd. Herrn/ Herzog Albrechten/ als einen Fürsten und Glied desselbigen. Dann in der vermeinten Gesellschaft würde beniempt ain neuer Gerichts-Zwang/ und auffgehalten die Appellation, das ye wieder die Keyserl. Majest. und das Heil. Reich/ und wäre ihnen demnach ungezweifelt/ wo solches der Keyserl. Majest. zuerkennen geben worden/ Seine Majest. hette diese Confirmation wieder sich selbst/ das Heil. Reich/ und den bemelten Unfern Gnäd. Herrn/ Herzog Albrechten nit gegeben. Dann was denselben/ Unfern Gnäd. Herrn an seiner Gnad. Gerichts-Zwang abgebrochen/ das würde auch den Heil. Reich abgebrochen. Dann seiner Ged. Fürstenthumb Lehen von Heil. Reich wären. So nun Unser Gnäd. Herr / Herzog Albrecht/ an den Ende beschädiget/ so würde das Heilig Reich beschädigt/ das dann wieder die Clausel der Confirmation wäre/ also lautend: Doch Uns/ und den Heil. Reiche/ an Unser Obrigkeit und Gerechtigkeit ohne vergreiffenlich und unschädlichen. Darum so wolten Sie auch dar auff beschliessen/ das die vermelt Confirmation den Wiederthail keinen Fürstand thun mögte.

§. IX.

Dum de *Progressu Societatis Leonina* & eorum, quæ à Sociis gesta fuerunt, in præcedentibus egimus, non incommodè huc quoque referre poterimus summa istorum capita, quæ post bellum finitum coram Commissariis Imperatoris atque Regis Maximiliani utrinque fuerunt disceptata, ut vel inde de justitia causæ eò liquidius constet, quam pro se militare pars utraque contendebat. Dictum jam fuit, quod An. MCCCCXCII. Augustæ Vindelicorum res inter Ducem Albertum atque

